GREGORII BAETICI
HELIBERITANAE SEDIS ANTISTITIS
DE TRINITATE, SIVE DE FIDE

Liber ante hac numquam editus.



Cum Priuilegio & licentia Superiorum.



ROMAE in aedib. Populi Romani.
M. D. LXXV.

MARIAE AVGVSTAE
REGIS EMMANVELIS FILIAE
IFFANTI PORTVGALLIAE

ACHILLES STATIVS SAL.



A eſt noſtrorum temporum ratio, atq. condicio, laetandum ſimul, & dolendum bonarum artium ſtudioſis vt exiſtimem. Nam cum praeclariſsimorum virorum ſcripta vel bellorum vis atq. impetus vel ſuperiorum temporum neglegentia, vel quaecumq. alia grauis iniuria nobis eripuerit, quia tamē hodie magno Dei beneficio recepta ac reſtituta pleraq. videmus, eſt ſane quod eruditi homines & litterarum cupidi gaudeant. illud vero miſerum, ne turpe dicam, principum virorum tantam paucitatem eſſe eorum, qui rerum pulcherrimarum ſtudijs ducantur ac delectentur, ijs vt haec praeclara munera recte mitti poſsint. Sed quo minor eſt numerus, eo maior eorum laus eſſe iudicari debet, quod ab hac ſe illi labe, obprobrioq. vindicarint, excellentem illam maiorum ſuorū

gloriam virtutemq. retinuerint, litterarum studia ne prorsus extincta ac sepulta iacerent, summa ope atq. omni ratione semper fouerint. Certe enim mihi cum vel meum, vel veteris scriptoris aliquod monumentum est in lucem proferendum, cui dem, cui non dem, quamquam hoc saepius ac certius, in quaerendo aestuare soleo. & cum maxime idoneum hominem nactus esse mihi visus sum, tum vero maxime mea me frustrata est ac fefellit opinio, adfirmare vt ausim, in paucißimis, quos certos ac dignos putes, esse tamen spe atq. opinione pauciores. Cum autem Gregorij Baetici Heliberitanae sedis Antistitis sanctißimi & antiquitate doctrinaq. praestantis viri diuina scripta ad me pridem essent allata, de edundo scilicet cogitare coepi. Sed quod ille ad eius aetatis principem lectißimamq. feminam Gallam Placidiā Augustam opus scripsit, Placidiae simillimam quaeri oportere censui, cui tantum munus gratū non minus iucundumq. contingeret. Ecquam autem vel aptius, vel certius diligere debui, quam te MARIA Augusta, quae non solum scriptis ac litterarum monumentis, sed omni etiam artium genere, quae laudari, atq. esse in pretio merentur, praeter ceteras non dicam feminas, sed viros quoq. sic adficeris, atq. delectaris, vt maxi


mi

mi facias, & isdem artib. deditos homines opib. tuis iuues, vtq. ad summam laudem contendant, & praemijs, & cohortationib. inflammare non desinas. Tibi omnino debebatur hoc opus, quod esset ipsum accuratißime scriptum, atq. elaboratum, & a tuae, hoc est, nostrae gentis homine ad regiam, tui nimirum ordinis ac generis feminã profectum, nunc vero missum ad te ex vrbe Roma verae catholicaeq. fidei veteri domicilio, & quidem sedente GREGORIO XIII. Pont. Max. Diuino prorsus consilio tum demum vt existeret, eq. tenebris erumperet scriptor laudatißimus, cum nec alter GREGORIVS, nec si minus nomine, morib. quidem certe ac pietate deesset altera Placidia. Quidquid autem ex Vrbe quopiam exiret hoc tempore, ab illo etiam mitti videretur. Tu vero Placidiae te vt splendore & claritate generis exaequasti, sic eidem gentilicia, & a christianißimis maiorib. tuis ad te propagata insigni pietate non concedis modo, sed etiam praestas. Sed erit mihi breui, vt spero, de tuis laudib. alius dicendi locus. Quis autem, quantusq. Gregorius hic fuerit, grauis auctor Hieronymus in libro de inlustrib. viris demõstrat. Is vero liber ipse hic est, quem tanto opere idem commendat Hieronymus, vt eo maius Dei benefi-

cium


cium existimandum sit, quo pulcherrimum librorum Gregorij maximeq. laudandũ nacti sumus. At Gallam Placidiam Theodosij Imp. maioris quidem illius filiam, omnib. ornatam virtutib. atq. in vrbis direptione raptam Athaulphus Gothorum rex vxorem duxit. quae magno postea reip. vsui fuit. Namq. praeferocem coniugis animum tanta sermonis tum prudentia, tum suauitate leniuit, vltro vt a Romanis pacem expetiuerit. Quo mortuo Vallia rex item Gothorum repetente Constantio Placidiae postea coniuge, fratri eam Honorio Augusto reddidit, tam lubenti animo, pacem cum Romanis vt & fecerit, & datis praecipuis viris obsidib. etiam confirmarit. Peto a te MARIA Augusta, vt quemadmodũ breuem quidem libellum, sed sententiarum acumine, & crebritate refertißimum Galla Placidia Augusta magni fecit, sic tu animum quoq. meum officij ac pietatis in te plenißimum tantae, quantam profecto explicare non possum, pro regia ista animi magnitudine & aestimes, & amplectare. Vale. Datum Romae Kal. Ianuarijs. M. D. LXXV.

ACHILLES STATIVS LECTORI SAL.





HVIVS libri nobis, ne ſis neſcius amice lector, deſcribendi copiam fecit D. Germanus Genuas monachus Benedictinus uir latine graeceq. doctiſſimus. Eum ille in Abbatia, quam uulgo Pompoſam uocant, ſita in agro Ferrarienſi forte repperit. Quem nos librum, quia nonnihil mendoſus fuit, uſi coniectura, uel emendauimus, uel potius emendare conati ſumus, ac ueterem illam ſcribendi rationem, quam in antiquiſsimis monumentis ſcriptam ſcalptamue agnouimus, quoad eius fieri potuit, retinuimus, ne quod antiquitatis ſtudio & diligentia fecimus, ipſe aliter accipias atq. interpretere. De fide uero inſcribitur, quod ueteres Sacroſanctae Trinitatis myſterium traditionemq. ſic fere uocabant. cuius rei plura ſunt teſtimonia. Sed nos Hieronymi, atq. huius ipſius Gregorij auctoritate contenti eſſe uoluimus, qui principio tractatus ultimi, huius quaſi titulum ſignificans opuſculi, Quaſi cuiuſdam, inquit, adbreuiationis de fide quaedam taxatio. Vale, & fruere.

REGORIVS BAETICVS Heliberi Episcopus usq. ad extremam senectutem diuersos mediocri sermone tractatus conposuit, & de fide elegantem librum. qui hodieq. superesse dicitur.

EX LIBRO D. HONORII PRESBYTERI AVGVSTVDVNENSIS

De scriptorib. ecclesiasticis.

*SIVS Cordubensis ciuitatis Episcopus scripsit ad sororem suam de laude virginitatis epistulam pulchro ac diserto comptam eloquio. In Sardicensi etiam concilio quamplurimas ipse edidit sententias. Hic in senectute a Constantio perterritus Arrianae impietati consensit. qui cum contra Gregorium Heliberitanae sedis Episcopum residens fastu quasi regalis imperij sententiam conaretur exprimere, os uertit distorquens pariter & ceruicem, ac de sella in terram inliditur, atq. ilico moritur.*





LIBER DE TRINITATE SANCTI GREGORII HISPANIENSIS HELIBERITANAE SEDIS ANTISTITIS AD GALLAM PLACIDIAM.






INCIPIAMVS' ergo oboedientes religiosissimis praeceptis tuis conlidere cum aduersario, non quidem de nostris viribus praesumentes, sed habẽtes fiduciam de patrocinio Saluatoris, aduersus' quem more gentilium, & furore Iudaeorum bellum exagitat impietas haereticorum. Sed quia in his, quae scribere dignata es ex persona haereticorum, vidi plurima esse confusa, ita vt uidereris mihi non plenius nosse quae asserant Arriani, melius opinatus sum, si primum liquido palam facerem, quomodo

credāt, & quomodo ſub ambiguitate ſermonis ſimplices animas capiant. & tunc maxime, cum ſub communi confeſsione impia ſua uerba commendant. quia & tunc demum abſolutionum fidelis reſponſio manifeſta eſt, ſi prius ſacrilegae ſectae impia tergiuerſatio propaletur.

De Profeſſione impia Arrianorū.



Rriana impietas adſerit multa nobiſcum quidem iſdem ſermonibus, ſed non isdem ſenſibus confitetur, cum ad diuinae fidei cōfeſsionē vocatur. Nam iſdem quibus & nos vocibus perſonat Deum patrem, & Deū filium. & omnia a Deo patre per filium facta. & filium ante ſaecula genitum. Sed cum nobiſcum per haec verba concordet, nihilominus ſacrilegis verborum interpre-

† abrūpitur tationibus a pijs eccleſiae catholicae ſenſibus † abrumpit, ita dicens patrem, vt non vere genuerit. ita filium quoque pronuntians, vt apud eum adoptione, non natura ſit filius, ideſt, vt aliunde ad filij nomen aſſumptus, non vere de Deo patre ſit genitus. Nam licet & ante ſaecula filium natum eſſe fateatur, tamen ei initium tribuit dicendo, erat quando non erat. Sed & ſic quoque per eum facta dicit vniuerſa, vt eum adſerat ex nullis exſtantibus ſubſtitutum, quia praeſumpſit non vere de Deo pa

tre genitum. & inde est, quod ita vult habere persuasum, Christum Deum quidem esse, sed non verum, cui initium deputetur. & filium quidem ita, vt factus intellegatur esse, non natus. Si quidem non vere de patre natus est, sed de nihilo substitutus, ob hoc quoque & mutabilem credit. In fide eius non vere Deus, non verus filius est. & vt hos impios sensus apud ignaros commendet, adhibet quoque, vt sibi videtur, scripturarum diuinarum testimonia, dicens ex persona Sapientiae probatum, Dominus creauit me initium viarum suarum in opera sua. Prou.8. Christum autem sapientiam esse Apostolus quoque confirmat dicendo, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. 1.Cor.1. Constat ergo Christum, qui est Apostolo interprete sapientia, esse creaturam. & iam, inquit, consequens est, ut non sit verus Deus, qui sit creatura. iam nec verus filius, qui non sit a Deo genitus, sed creatus. erat ergo, quando non erat.

Haec sunt nequitiae arma proposita, aduersus quae ire prouocamur, vt adsertionis aduersae propaletur impietas, non quidem, vt diximus, nostro ingenio, sed gratia Dei adiuuante semper pios conatus. Tu modo, quaeso, ne squallido sermone fatigeris, sed rerum intenta virtutibus, da calculum veritati. Hoc autem non vt librum scribimus, sed quasi cum praesente aduersario certis disputationibus dimicamus. Et inprimis contra hoc, quod dicunt, Erat, quando non erat, occurrendũ est, quod

ſemper fuerit. & opponendum de Euangelio teſti-
Ioha. 1. monium, dicente Iohanne, In principio erat ver-
1. Cor 1. bum. Sicut enim Chriſtus Dei ſapientia, & Dei vir
tus eſt, ita & Dei verbum eſt. Cum ergo ait, In prin
cipio erat verbum, quomodo Arriana impietas di-
cit, erat, quando non erat. In principio, inquit, erat
verbum. nõ dixit, in principio factum eſt verbum.
& utique quod in principio erat, ſemper fuiſſe cre-
dendum eſt. Si enim, vt putat impietas, factura eſt fi
lius, ſine dubio ſcriptura diuina hoc ipſum quod fa
ctum eſt in principio prodidiſſet, ex illa vtique in-
ſtitutione, qua & Moyſes locutus eſt dicendo, In
Gen. 1. principio fecit Deus caelum, & terram. Si enim &
filius Dei factura eſſet, dixiſſet Iohannes, In princi-
pio factum eſt uerbum. Sed praeuidens Euangeli-
ſta, magis autem Spiritus ſanctus per Euangeliſtã,
futuros impiae mentis homines, qui dicerent de fi-
lio, erat, quando non erat, ideò ſic coepit, In prin-
cipio erat verbum. nihil enim illo anterius eſt, qui
inuenitur ante principium. Scripturae diuinae ob
hoc editae ſunt, vt ſecũdũ illarum ſenſum noſtrã
fidem dirigamus, non vt noſtros ſenſus illarum ſa-
cris dictionibus inſeramus. Viderit, ſi ſunt quae-
dam capitula, quae ſui obſcuritate dare putantur
occaſionẽ ambiguitatis. certe in hoc capitulo nulla
ambiguitatis occaſio eſt. Non licet interpreti aliter
ſentire, quam ſcriptum eſt. nec opus eſt, vt nunc no-
ſtros ſenſus ingeramus. ſufficit ad plenam perci-
piendae fidei notitiam, vt diuina verba recitemus.
In

In principio,inquit,erat verbum. Numquid aliqua hic est opinio temporis. numquid aliqua suspicio saeculorum, vel aliquod interuallum puncti, aut momenti alicuius, vt dicere audeas, Erat, quando non erat. In principio erat verbum. & ne forte verbum intellegas,quod est loquentis officium,sequitur, & verbum erat apud Deum. non dixit,verbum quod locutus est Deus, sed, & verbum erat apud Deum. ipse postremo interpretatus est,quid sit verbum, dicens, & Deus erat verbum. Si in principio erat verbum, & hoc ipsum verbum apud Deum erat, & Deus erat verbum,confusa est impietatis intentio. Probatur énim de capitulo hoc Christum filium Dei & semper fuisse, & semper inseparabilem a patre, & semper Deum.Sicut enim sine initio est, cum dicitur, In principio erat,sic & cum dicitur, apud Deum erat, inseparabilitas eius a patre sine initio declaratur. Sed & cum hoc uerbum Deus esse definitur, non est ambiguum, quod sine initio Deus creditur. Hoc enim quod praemisit dicens, In principio, ad omnia referendum est, idest, In principio erat uerbum.& cum sequitur,& uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum, sine dubio, in principio,subaudiendum est.Denique & ipse ita concludit dicens, hoc erat in principio apud Deum.quomodo ergo erat, quando non erat,qui semper est. quomodo ex nullis extantibus est, qui semper apud patrem est. quomodo creatura, qui semper Deus,immo & per quem uniuersa creatura est.

Sequitur

Sequitur enim, Omnia per ipsũ facta sunt. Quomodo ex nullis exstãtibus factus est, per quẽ omnia facta sunt. Si enim & ipse factus est, quomodo per ipsum omnia facta sunt. non enim cum fieret, potest auctor esse, qui nõ fuit. atque ideo infectus credendus est, per quẽ omnia facta sunt, quia uanũ est, & absurdũ, vt & ipse, cũ nõ exstaret, factus per se esse dicatur. Similiter & Paulus docet Christũ semper fuisse, & Deũ esse, & aequalẽ patri. Tunc enim uere Deus est, cũ aequalis ẽ patri. quia nec aequalis diceretur, si nõ vere Deus haberetur. Iniuria est enim ueri Dei, si ei non Deus uerus dicatur aequalis. Ponit itaq. in
Philip. 2. epistula sua, Hoc enim existimate in uobis, quod in Christo Iesu. qui cum in forma Dei esset cõstitutus, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo; sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Si uere homo est Christus, cum formã serui accipit, vere quoq. Deus est, cũ in forma Dei esse perhibetur. nec alia ratione aequalẽ diceret, nisi in forma Dei esse uerũ Deũ uoluisset intellegi. Et qui uerus Deus est, utique semper est. & qui semper est Deus, nõ potest dici de eo, erat, quando nõ erat. Sed & per ipsum omnia facta ait Apostolus Paulus scribens,
Colos. 1. Quia in ipso creata sunt omnia, siue quae in caelis, siue quae in terra, inuisibilia, & visibilia, siue throni siue dominationes, siue principatus, siue potestates. omnia per ipsum; & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes. Ergo ipse semper est, per quem, & in quo omnia facta sunt. Sed & Hymnidicus cantans

tans ait, Omnia in sapientia fecisti. Non tamen ipsã dixit factam esse sapientiam. quia & Apost. cum dicit, & ipse est ante omnes, factum negauit. Si enim eũ, qui non erat, factũ credi uoluisset, ita posuisset, & ipse factus est ante omnes. at cum dicit, & ipse est ante omnes, omnibus dedit initiũ, quorũ anterior, immo & factor est. ipse uero sine initio est, qui ante omnes non factus, sed esse memoratur. Item Apost. Vnus, inquit, Deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso. & vnus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. & hic cum dicit per Christũ esse omnia, apertissime factorẽ discreuit a factis, nec posse intellegi naturã facturae in eo, qui fecit omnia. Sed videamus si Moyses hoc idem docuit, quod Apostoli annuntiauerũt, idest, omnia ex Deo facta esse per filiũ. Inter cetera, cũ fabricã mundi refert, ait, Et dixit Deus, fiat firmamẽtũ in medio aquae, & sit diuidens inter aquã & aquã. & factũ est sic, & fecit Deus firmamẽtũ, & diuisit Deus per mediũ aquae. cũ dicit, & dixit Deus, fiat firmamẽtũ, In dicẽte, patris intellegenda persona est. cũ autẽ dicit, & fecit Deus, in faciente, filij intellegenda persona est. Nã si nõ putas ita intellegendũ, apostolica periclitabitur assertio dicens, Vnus Deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso. & vnus dominus noster Iesus Christus, per quẽ omnia, & nos per ipsũ. nisi enim totã fabricã mũdi per filiũ factã esse credideris, immo & omnia inuisibilia, siue & visibilia, quemadmodũ in fidẽ recipis vocẽ Apost. dicentis, Vnus dominus noster

Psal. 103.
1. Cor. 8.
Gen. 1.
Colos. 1.

Coloſ. 1. noſter Ieſus Chriſtus, per quem omnia. & illud quoque, quod ſupra rettulimus, quia in ipſo creata ſunt Pſal. 103. omnia. nec non & illud, Omnia in ſapientia feciſti. Ioha. 1. Sed & hoc quod Iohannes proſecutus, hoc eſt, omnia per ipſum facta ſunt. quomodo omnia, ſi negas Gen. 1. de filio Dei dictum, & fecit Deus firmamentum. Et diuiſit Deus per medium aquae. ergo & Moyſes factorem inducit filium, non factum. Si enim factum Sancto ſpiritu reuelante didiciſſet, inter cetera, quae facta deſcribebat, ipſum quoq. prius factum eſſe memoraſſet. Sed abſolutius inferius proſequitur, ubi iam fabricati mundi incola faciendus eſt. Gen. 1. Et dixit Deus, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Non eſt enim unius perſonae dicere, faciamus ad imaginem, & ſimilitudinē noſtram, ſed neque diuerſae deitatis. Nam pluralitas horum uerborum, id eſt, faciamus, &, noſtram, patris, & filij perſonas ſignificat. Quod autem ſingulariter imaginem dicit, una deitas, una uirtus utriuſque perſonae manifeſtatur. Si creatura eſt Chriſtus, quomodo in opere Deo conſors adhibetur. ad ipſum enim dicitur, faciamus. Si non eſt uerus filius, quomodo una illi cum patre imago eſt. adoptiuus filius non habet imaginem adoptantis. poteſt quidem habere munificentiam, non autem poteſt imaginis habere naturam. Scio quidem eſſe diſcretiones imaginum, quas nunc exſequi longum eſt, & non neceſſarium. Sed quod facit ad cauſam, uindico. Dicens, hoc in loco nulla diſcretio eſt imagi

nis,ubi patris, & filij vna imago perhibetur. Non enim dixit, faciamus ad imagines noſtras, ſed ad imaginem noſtram. & ne forte ſtupida mente, o quis quis ille es haereticus, vſurpares etiam de vna perſona dici potuiſſe, faciamus, vt ſcilicet apud ſe cogitantis adfectio ſit, nō deſignatio perſonarum, ſubſequitur, & fecit Deus hominem,ad imaginem Dei fecit eum. Quae coram in luce poſita ſunt. ſi, quis non videt, caecus eſt. Deus, inquit, fecit, ad imaginē Dei fecit. Nonne apertiſsimum eſt, quod iamtunc Spiritus ſanctus per Moyſen euangelica ſacramenta tractabat dicens, Deum & Deum, non tamen duos Deos,quia vna imago eſt patris,& filij. & o quam proſpecte omnia edita ſunt. Deum, & Deum ſacra ſcriptura pronuntiat, vt Sabellium excluderet defendentem patris, & filij vnam eſſe perſonam. & ne duos deos introduceret, inter verba, quibus pluralis ſignificatio perſonarum eſt, vnam imaginem inſeruit.Hoc ita eſſe inuenies,intendens teſtimonio dicenti, faciamus hominem ad imaginem noſtram. Quid agis impietas Arriana. Si creatura Chriſtus eſt, quomodo creaturae & creatori vna imago eſt. Sed ne iterum Arrius ſub occaſione perſonarum,diuerſitates induceret naturarum, diuerſitas naturae non admittit vnius formæ communionem. Multæ ſunt voces in libris Moyſi, quibus redargui poſsint impij in filium, immo & in patrē. nam quomodo non & in patrem hæc tendit impietas,quae profano ſpiritu exſercetur † in filium,cum †&

B patri

patri adimunt, quod vere patris est, auferẽtes filio, quod vere filij est. quomodo enim pater est vere, qui secundum ipsos non genuit. quomodo Christus vere filius est, quem negant vere de ipso generatũ. Sed, vt dixi, multae sunt voces in libris Moysi, quibus redargui haec eorũ possit impietas. sed quia haec ipsa non studio librum scribentis exsequimur, sed veluti in sceda certas summas quasi properãtes †delimamus, vt tuo qualitercumq. videamur oboedisse praecepto, ceterae voces praetereundae. sunt maxime quia & in diuinis vocibus nõ numerus testimoniorũ, sed auctoritas requirenda est. quae idonea est, etiã si vna voce proferatur. Sufficit interim de hoc vno capitulo Moysen concordasse cũ euangelijs, & Apostolis. Deum, & Deũ praedicat Moyses. sicut superius testimoniũ loquimur de Genesi,

†delibam', vel delineamus.

Ioha. 1. ita & Iohannes Deũ, & Deum annuntiauit dicẽs, In principio erat verbũ, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbũ. Nemo dixit duos Deos, licet Deum, & Deum diceret. nemo non vnam imaginẽ patris, & filij annuntiauit, & ideo vnũ Deum nouit dicere in confessione fides catholica. non tamen vt per cõfessionem vnius Dei filius nẽgetur esse quod Deus est. quia sicut pater Deus est, ita & filius Deus

Gen. 1. est. nam si nõ sicut pater Deus est, ita & filius Deus,

Phil. 2. quomodo illis vna imago est secundum Moysen, vel quomodo secundum Paulũ, in forma Dei Christus est aequalis existens Deo. Sed & Iohannes cum verbum Deũ adserit in principio apud Deum esse,

non

non extra Deum eſſe, per hanc verbi Dei a Deo inſeparabilitatẽ idem mihi videtur ſignificare, quod in ſignificantia imaginis & formae eſt. Nam ſi per vnam imaginẽ eandemq. formam patris, & filij inſeparabilitas oſtenditur, cur nõ cum Iohannes Dei, & Dei inſeparabilitatem annuntiat, per hoc quod ait, & verbum erat apud Deum, & hoc erat in principio apud Deum, vnam imaginem, eandemq. formam patris, & filij ſignificaſſe credatur. Plane hic ſenſus videatur ambiguus, ſi non idem Euangeliſta hoc ipſum paullulum infra apertius proſecutus eſt dicens, & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a patre. ſicut una imago, eademque forma, ita & gloria non alia eſt filij, quam quae patris eſt. Interea qui Chriſtum de adoptione filium dicis, quomodo intellegis gloriam eius quaſi unigeniti a patre. Quod ſi plures eſſe Dei filios, de adoptione profiteris, quod ſi & Chriſtus adoptiuus eſt, quomodo unigenitus a patre eſt, cum non ſit unigenitus exiſtentibus quoque alijs per adoptionem filijs. Quod ſi uere unigenitus a patre eſt ideo, quia ipſe ſolus de ipſo uere patre generatur, quomodo adoptiuus adſeritur, cum adoptiuus inter plures adoptiuos proprietatem unigeniti a patre habere non poſsit. Sed etſi adoptiui ſunt, de nullo tamen eorum dictum eſt, Iohannis. 1. & uidimus gloriam eius, gloriam quaſi unigeniti a patre. Sed de Chriſto ſolo dictum eſt, & uidimus gloriam eius, gloriam quaſi unigeniti a patre.

Ioha. 1.

non ergo adoptiuus eſt, de quo hoc dicitur, quod de adoptiuis dici non poteſt. Et merito illi vna imago cum patre eſt, quia ipſe ſolus vnigenitus a patre eſt. Quid ergo mirũ, ſi in filij imagine patris imago
Ioha. 14. ſignatur. ideo & ipſe Saluator dicebat, Qui me uidet, uidet & patrem. nõ hoc vt Sabellius dico, quaſi ſe ipſum patrem dicat eſſe, qui ſit & filius. Confiteor enim patrẽ eſſe, qui genuit, filiũ vero eſſe, qui natus eſt. Sed cũ dicit, qui me videt, videt & patrẽ, ſicut patris & filij non vnam oſtendit eſſe perſonã, ita unã oſtẽdit eſſe deitatem. cũ in patris & filij ſubſtantia nulla diuerſitas inuenitur. Iterũ in hoc quoque loco dicam, ſi creatura eſt filius, quomodo qui videt filium, videt & patrem. nemo in viſione creaturae patrem videt. De inſpectione enim creaturae creator videri poteſt, pater autem non videtur niſi de inſpectione filij. Si ergo Chriſtus creatura eſt, & nõ uere filius, non poteſt in creaturae viſione pater videri. & quomodo ait, & qui me videt, videt & patrẽ, niſi quia vere filius de Deo patre natus eſt. & ideo cũ uideris filium, neceſſe eſt vt & patrẽ videris. Sine filio enim pater non eſt, ſicut nec filius ſine pa-
Ioha. 14. tre. Inde etiã ſubdidit, Ego in patre, & pater in me: non vtique per quandam paſsiuam confuſionem; ſed quia conſequens eſt, vt vbi pater eſt, illic eſſe cognoſcatur & filius, & vbi filius eſt, illic etiam patrẽ exſtare cognoſcas. Eſt & alius ſenſus dicti iſtius, Qui me uidit, uidit & patrem, non qui corporeis oculis in corpore uidiſſet Ieſum, uidiſſe patrem refertur.

alioquin abſurda eſt increpatio Domini ad Philippum dicentis, Tanto tempore uobiſcum ſum, & nō me noſti Philippe. ſecundum corpus enim non ſolum Philippus videbat Ieſum, ſed & omnes Iudaei, qui ei aduerſabantur. nec tamen per hoc, quod uidebant ſecundum corpus Ieſum, patrem quoque vidiſſe credendi ſunt. Quid ergo eſt, qui me vidit, vidit & patrem. intende cordis aciem, & vide ſecūdum fidei ſpiritualis obtutus Chriſtum filium Dei non creaturam eſſe, ſed creatorem. intende eum uere eſſe Deum ſine initio ſempiternum, & ſecundum hoc, quod Deus, inuiſibilem, inaeſtimabilem, incorruptibilem, indemutabilem, & per omnia talem, qualis eſt & pater eius, qui eū genuit. & ita uidens filium, patrem quoque te uidiſſe non dubium eſt. hoc ſenſu accipe & illud quod ait, ego in patre, & pater in me. pater cum ſit perfectus, perfectum filium genuit. & cū ſit inuiſibilis, incomprehēſibilis, inaeſtimabilis Deus, & uerū lumē. & filius talis natus eſt, qualis eſt ille, qui eū genuit. & ideo ait, ego in patre, & pater in me. cum enim omnia quae ſunt paternae uirtutis, & deitatis, habentur in filio, pater in filio eſt, & filius in patre. & ideo praemiſit, Si me ſciretis, & patrem meum ſciretis. & hic oſtenditur quod eadem ſit patris & filij ſubſtantia, eo quod ſit vna vtriuſque cognitio. Sed creaturae & creatoris non eſt vna cognitio, quia non & vna ſubſtantia. Patris autem & filij vna cognitio eſt, ergo non eſt filius creatura, ſed creator eſt, ſicuti & pater creator

Iohan. 14.

Ioha. 14.

eſt &

eſt. & Deus eſt, ſicuti & pater. non tamen per haec duos Deos dicimus. Hic eſt vbi impie haeretice diabolico furore quaſi in ſtultitiam iſtius confeſsionis inardeſcis, cum Deum, & Deum audis. nec tamen duos Deos dicimus. Inflatus enim de littera ſaeculari in hac quaeſtione inſanabiliter aegrotas, & putas te debere cōſtringere, ut duos Deos dicamus, cum Deum, & Deum confitemur. Noli infelix aduerſus Chriſtum dominum totius creaturae, Ariſtotelis artificioſa argumenta colligere, qui te chriſtianum qualitercumque profiteris, nec aduerſus piam confeſsionem inenarrabilis de Deo ſacramenti vt calculo calumniator, quaſi ex diſciplina terrenae ſupputationis circumſcriptor aduenias. Inſpice potius diuinos libros, & de diuina fide diuinis utere

Psal. 35. ſermonibus. Legiſti utique, & in lumine tuo videbimus lumē. Quae hic diſtantia luminis a lumine eſt. poſuiſſet enim & diſtantiam, ſi fuiſſet, ne quis luminis a lumine nullam diſtantiam crederet. quod ſi nulla diſtantia eſt, non ergo duo lumina, ſed vnum lumen eſt, cum in lumine patris, filij lumen agnoſcitur. Hoc lumen eſt de quo & Daniel loquitur di-

Dan. 2. cens, & lumen cum ipſo eſt. non enim de aliqua creatura hoc dicitur, ſed de ſplēdore ipſius Dei exiſtentis ſempiterni luminis. Si pater ſempiternum lumen eſt, ſine dubio & filius lumen eſt ſempiternum. Si vero negatur filius Dei lumen eſſe ſempiternum, quomodo in patris ſempiterno lumine lumen filij quod non eſt ſempiternum, videtur. Sed

in laudibus Dei non eſt haec falſa dictio ſancto-rum, Et in lumine tuo videbimus lumen. Ergo & filij lumen ſempiternum eſt, quod non diſtat a patris lumine ſempiterno. & ideo licet lumẽ ſit filius, & pater lumen ſit, vnum tamen patris & filij lumen eſt, quia in patre & filio nulla diſcretio eſt, nulla ſeparatio luminis eſt, quomodo nec imaginis ſecundum Moyſen, nec formae ſecundum Apoſtolũ Paulum. Sacramentum autem inſeparabilis vnitatis ſecundum hoc, quod uterque, ideſt, pater & filius aequaliter & indiuiſe, neque ſecundum portionem, Deus vnus. & pluralitatis ſecundũ hoc, quod vnus pater eſt, & vnus filius. Etiam de hoc capitulo manifeſtatur quod legimus in euangelio, ipſo ſaluatore dicẽte, Ego & pater vnum ſumus. Sumus enim pluralitatem ſignificat perſonarum. quia hic pater, & hic filius. Vnum autem vnam eandemque in patre & filio ſubſtantiam, deitatemq. conſignat, vt uere pater & filius unus Deus ſit, cum ambo, ideſt, pater & filius unum ſunt ſecundum deitatem; non unus ſecundum perſonas. Ego & pater unum ſumus, hac una uoce & Sabellius excluditur, & Arrius cõfutatur. Sabellius enim ipſum dicit patrem, qui ſit & filius, hoc modo, tamquam ſi unus habeat duo nomina. & interpretatur unum ideo dictum, vt unius perſonae ſingularitas crederetur. Contra uero Arrius reſpiciens ad hoc, quod ait, ſumus, in hoc ſermone, pluralitatem intellegens, introduxit impiam pluralitatem Deorum; credens

Pſal. 35

Ioha. 10.

credens vnum ſempiternum Deum, & alium, qui eſſe coeperit Deus. vnum omnipotentem, & alium, qui non ſit omnipotens. Sed o caecitas, in vtriſque habent ante oculos, quod pie videant, & incautis offenſionibus impie litigare contendunt. ſaltem commodent ſibi ſenſus ſuos, & pie fidei perſpicient veritatem. Sabellius admiratione virtutum, quas Chriſtus operabatur, Chriſtum Deum verum eſſe credit, & non qui aliquando coeperit, ſed qui ſemper fuerit, & poſsit omnia. credat hoc Arrius, & nõ blaſphemat in Chriſtum, quem filium confitetur. Item Arrius negat Chriſtum eſſe patrem, neget hoc & Sabellius, & pie credat, quod Chriſtus uere Deus eſt, non exiſtens pater, ſed filius. adhuc apertius dicam. Sabellius vincat Arrium, quod Chriſtus verus Deus eſt, & Arrius uincat Sabelliũ, quod Chriſtus ſub confeſsione veri Dei verus & filius eſt, & mihi catholico ambo vicerunt, immo & mecum ambo vincunt impietatis errorem, cum mecum intellexrint ſacrae fidei ueritatem, quae & pluralitatẽ perſonarum intellegit, & vnitatem deitatis in hac pronũ
Ioha. 10 tiatione Domini dicentis, Ego & pater unũ ſumus. Sed hanc diuinam pronuntiationem, & hanc piam diuinae pronuntiationis intellegentiam Arrij ſectatores cũ quaerunt ſubuertere, alio modo interpretantur, & dicunt, vnum ſunt quidem, ſed non ſubſtan tia, non deitate, non poteſtate, ſed voluntate; ideſt, quia unam eandemque habeant uoluntatem, ideo ait, ego & pater vnum ſumus. Dicite o impijſ
ſimi,

ſimi, ſubſtantiuum verbum dei eſt. & qui linguae ſermonem dedit, neſcit loqui, & ignorauit altum ſenſum ueſtrum proprijs & competentibus ſermonibus explicare, & inefficax fuit dicere, ego & pater unum uolumus. ſi tamen hoc in loco unitatem voluntatis, & non ſubſtantiae ac deitatis volebat intellegi. Sed nunc, quaeſo, Regina memineris, quae capitula ex perſona haereticorum ſcribere dignata es. ipſi haeretici aiunt, qui me miſit pater, ipſe mihi praeceptum dedit, quid dicam, & quid loquar. Iohan. 12.
&, Deſcendi de caelo, non vt faciam uoluntatem meam, ſed uoluntatem eius, qui miſit me, patris. Iohan. 6.
Hoc artificium haereticorum eſt, ut alibi negent, quod alibi confitentur. Vt cum ſe vident praeſentium quaeſtionũ abſolutionibus uehemẽter adſtringi, ſerpentino lubrico ſemper eludant. Certe dicitis o haeretici praeceptum dediſſe filio patrem, quid dicat, quid loquatur. & quomodo quaſi neſciat loqui, vos verba eius emendatis. immo iam patris, quia filius quod dicit, quod loquitur, ſecundum praeceptum quod dedit ei pater, & dicit, & loquitur. Iam ne intellegitis, quia cum profano ſpiritu aduerſus filij deitatem exercere cõtenditis veſtram amentiam, etiam in patrem prorumpitis inſanientes. Clamat filius, Ego & pater vnum ſumus, & vos Iohan. 10.
quaſi grammatici velut inefficaciam dominicae pronuntiationis ſuppoſiti verbi demutatione ſupplentes emendatis, & dicitis, hoc quod ait, ſumus, volumus, intellegendum eſt. vt ſcilicet ſic dictum

C ſit,

ſit, ego & pater vnum volumus. Sed reclamat filius etiam contra vos dicens illa, quae dixit ad veſtrae
Iohan. 8. impietatis participes Iudaeos. Quare loquelā meam non cognoſcitis. Habeant locum ſuum parabolae, & allegoriae, & aenigmata, hoc tamen loco
Iohan. 10. apertiſsime, & plene dictum eſt, Ego & pater vnum ſumus, & quomodo vnum ſunt, alibi quoque decla-
Iohan. 14. rat, cum dicit, Credite mihi, quia ego in patre, & pater in me eſt. & ne videretur ipſe de ſe vſurpare, quod non erat, vt veritatem dictionis oſtēdat, praemiſit dicens, Non creditis quia ego in patre, & pa-
Ibid. ter in me. verba quae ego loquor vobis, a me ipſo non loquor. pater autem in me manens ipſe loquitur, & opera quae ego facio, ipſe facit. Sed & alibi.
Iohan. 8. Sicut docuit me pater, haec loquor. & qui me miſit, mecum eſt, & non reliquit me ſolum. quia quae placita ſunt ei, facio ſemper. Non quia filius ignoraret quid ſibi loquendum erat. Quid eſt enim quod Dei ſapientia ignoret, ſed vt duritiam indomitae fidei
† forte leg. Patris quoque noie tuae ad piam diuinae vnitatis intellegentiam † patris quoq. molliret, ait, Pater in me manens ipſe lo-
Iohan. 14. Iohan. 8. quitur. vel illud, ſicut docuit me pater, haec loquor. Sicut autem opera filij, opera patris ſunt, eo quod faciente filio, pater in ipſo manens faciat, ita quod loquitur filius, pater in ipſo manens loquitur non aliud, quam quod loquitur filius. quia nec filius aliud loquitur, quam quod loquitur pater in ipſo manens. Eadem ergo patris & filij loquela eſt, ſicut eadem & operatio. & ideo dicebat, alioquin pro-

pter

pter opera ipſa credite. Quae vtique ſimiliter faciebat vt pater, vt poſtremo vel auctoritate operum crederetur. quia filius in patre eſt, & pater in filio. Hoc autem quomodo intellegendum eſt quod ait, Ego in patre, & pater in me, iam ſupra expoſitum eſt. Sed & nunc breuius dicam. Secundum indifferentiam ſubſtantiae audiendum eſt, ego in patre, & pater in me. Sed & illud quod ait, ego & pater vnũ ſumus, ſecundum indifferentiam ſubſtantiae vnum ſunt pater & filius. Nolo ergo impie haeretice vt indifferentiã ſubſtãtiae patris & filij adimas, & importune vnitatem voluntatis interſeras, quam alibi impie negas dicẽdo, ſcriptum eſt, Deſcendi de caelo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me, patris. Qui in hoc capitulo ignorans dictionis eius ſacramentũ, tam impie negas patris & filij vnam eſſe voluntatem, quomodo tibi credam, quia ſinceriter confiteris, quod vna eadem volũtas patris & filij ſignificetur in hoc, quod pronunciauit Dominus dicens, ego & pater vnum ſumus. Tu ſi vere credis, quod pater & filius vnum ſunt voluntate, non video quomodo negare poſsis, quia & ſubſtantia, & diuinitate, & poteſtate vnum ſunt. Quare enim non vna ſubſtantia ſit, vna diuinitas, & poteſtas, quibus vna uoluntas eſt. Si enim ex aequo illis uoluntas eſt, ex aequo & diuinitas eſt. Si non ex aequo diuinitas, nec ex aequo uoluntas. Dei enim uoluntas, & cuiuslibet, non tamen Dei uoluntas, † pariare non poteſt: quia alia eſt uis uoluntatis

Iohan. 6.

† Pariare, id eſt, eſſe par.

eius, qui Deus eſt, & alia vis voluntatis eius, qui Deus non eſt. Voluntas Dei naturaliter bona eſt, perfecta eſt, indemutabilis eſt, ſemper eadem exiſtens, & ſine initio exiſtens, & ſine fine perſeuerans. Voluntas vero eius qui non eſt Deus, eo quod habeat initium, ſicut & ipſe qui non eſt Deus, poteſt & nutare, poteſt & verti, ſicuti & ipſe qui non eſt Deus. ac per hoc non vere bona, quia non naturaliter bona, nec vere perfecta, quae poteſt verti, & minui, ita, vt quod hodie voluit, craſtino nolit, vt quod hodie noluit, craſtino velit. Dicā exēplo apertius, Angelus iſte, qui nunc diabolus eſt, antequam fieret diabolus, bonam habuit voluntatem, ſed vbi factus eſt diabolus, proprij arbitrij agitatione amiſit bonam voluntatem. ideo ſcilicet, quia ex factura ſubſiſtit, & non naturaliter Deus eſt. hoc & de omni creatura rationabili ſentiendum eſt. etſi enim quidam eorum non declinauerunt, neque declinant a bona voluntate, tamen in natura habent poſſe declinare, quia creaturae ſunt, & non Deus. Hoc enim quod non declinant ex diſciplinae perpetua obſeruatione obtinent, nō ex naturae indemutabilis veritate. Deus autem ipſe ſolus ſine initio bonus, & perfectus, & inconuertibilis eſt ſine initio, habens quoque bonam voluntatem, & perfectam, & inconuertibilem, non inſtitutione, neq. ex profectu obſeruationis habet bonam, & perfectam, & inconuertibilem voluntatem, ſed ex naturae indemutabilis veritate, qua & bonus, & perfectus, & inconuerti-

bilis Deus est. Viderit, si qua fortassis est haeresis, quae hunc sensum respuat, tu tamen praecipue ad hoc Arriane consentis, qui & ipsum filiũ Dei, quem totius creaturae dominum confiteris, vertibilem, & mutabilem dicis, quod eum a Deo factum de nihilo praedicas, nõ † tamen de Deo vere natũ. si haec tibi sentẽtia est, quod omnis creatura vertibilis est, & mutabilis, Christum autem dicis esse creaturam, ergo & ipse, secundum te, ex cõdicione naturae vertibilis, & mutabilis existens, non habet inconuertibilem, & indemutabilem voluntatem. Et quomodo interpretaris, quod pater & filius vnum sunt voluntate, cum patris & filij, secundum te, diuersae sint voluntates, & contrariae, quia scilicet vna est indemutabilis, & inconuertibilis, alia vero mutabilis, & conuertibilis. deprehenderis & detegeris haeretice fraudulente, quomodo conaris simplices animas circumuenire, & capere. Constrictus enim & coartatus testimonio dominicae pronuntiationis dicentis, Ego & pater vnum sumus, vt de hac voce qualitercumq. euoles, quae claris sermonibus in patre & filio vnitatẽ deitatis ostendit, succubuisti neccessitate, nõ arbitrio, ad hoc, vt vel ad momentũ in praesenti capitulo summis labijs, & vt ita dixerim, superficie sola verborum vnitatem voluntatis interseras, quo expressius, & viuacius, & medullitus vnitatem deitatis excluderes. Tollis enim sensum, unitate substantiae, qui facile creditur ex ipsa simplicitate uerborum, & interpretaris sensum, unitate uoluntatis.

† fortte autẽ

Iohan. 8.

luntatis. ut quia supradicta ratio eius non facile apud omnes intellegitur, interim simplicem decipias auditorem, cum illud † ne unitatem diuinitatis intellegat. Nam & unitatem uoluntatis in patre, & filio, fides catholica sincerissime & uerissime credit, nō labijs tantum, sed & toto corde, quae & unitatem substātiae, & diuinitatis agnoscit. Sicut enim indemutabilis, & inconuertibilis est substantiae cum patre filius, ita & indemutabilis, & inconuertibilis uoluntatis est cum patre filius. Atq. ideo una uoluntas est patris, & filij, sicut & una uirtus, & una imago. magis aut dixerim, quod ipse filius uoluntas est patris. Sicut enim patris, & filij una imago cum sit secundum Moysen, tamē & ipse filius imago Dei inuisibilis scribitur ab Apostolo, ita & una uoluntas cum sit patris & filij, pie definitur, quod uoluntas patris est filius. Sicut est Dei inuisibilis imago, similiter & de uirtute intellege. Fides enim catholica dicit, unam uirtutem esse patris & filij. & tamen scribit Apostolus, Christum Dei uirtutem esse, & Dei sapientiā. Pie ergo dictum est, quod filius uoluntas est patris, sicut idem ipse est sapientia Dei. Et tamē si adhuc mouet hic sensus, intende ad ea, quae dicimus. certe Dei sapiētia Christus est. Quid autem est Dei uoluntas, quam Dei sapientia. non enim in Deo aliud uoluntas, & aliud sapientia. in hominibus quidem potest esse uoluntas, non tamen haec ipsa sapientia, quia uoluntas hominis eruditione, & meditatione, & profectu ad sapientiam

† desit forte, agis, aut simile..

Colos. 1.

1. Cor. 1.

sibi

ſibi poſsibilem, peruenit. Dei autem voluntas non eruditione, non meditatione, non profectu ad ſapientiam peruenit, ſed ipſa nihil indigens, naturaliter ſubſtantiua ſapientia eſt. Vnde & Chriſtus Dei ſapientia exiſtens, Dei quoque voluntas eſt, quia in Deo non aliud voluntas, & aliud ſapientia.

DE EO QVOD HAERETICI DICVNT.
Ex nihilo, inquiunt, Deus ſibi filium fecit.
Si fecit eum ex nihilo, creatura
eſt, & non filius.



DAVID vno lapidis ictu Goliae frontem percutiens magni corporis fortem ſtrauit inimicum. Sed noſtrae non eſt virtutis de vno lapide vincere, duplici, vt opinor, ex cauſa. quia nec nos tales uires habemus, quales habuit & Dauid; & iſti nimis frontem praeferunt impudentiae impietatibus obduratam. unde iam licet multos lapides non in uacuum miſerimus, tamen adhuc in Dei gratia repetendum nobis eſt, & impudens eorum frons illa, quae eſt ſine ſigno Domini, crebris teſtimoniorum lapidibus elidenda eſt, ut, etſi non caro eorum effundit cruorem, multis effoſſa uulneribus, tamen uel pudor ſuffuſione ſanguinis erubeſcat, ſi etiam ex ijs, quae illorum ſcripſeras, opprimantur. Haec uerba haereticorum ais eſſe. Ex nihilo, inquiunt, Deus ſibi filium fecit. Si fecit eum ex nihilo, creatura eſt, & non filius. 1.Reg.17.

patri adimunt, quod vere patris est, auferētes filio, quod vere filij est. quomodo enim pater est vere, qui secundum ipsos non genuit. quomodo Christus vere filius est, quem negant vere de ipso generatū. Sed, vt dixi, multae sunt voces in libris Moysi, quibus redargui haec eorū posSit impietas. sed quia haec ipsa non studio librum scribentis exsequimur, sed veluti in sceda certas summas quasi properātes †delimamus, vt tuo qualitercumq. videamur oboedisse praecepto, ceterae voces praetereundae. sunt maxime quia & in diuinis vocibus nō numerus testimoniorū, sed auctoritas requirenda est. quae idonea est, etiā si vna voce proferatur. Sufficit interim de hoc vno capitulo Moysen concordasse cū euangelijs, & Apostolis. Deum, & Deū praedicat Moyses. sicut superius testimoniū loquimur de Genesi, ita & Iohannes Deū, & Deum annuntiauit dicēs, In principio erat verbū, & verbum erat apud Deū, & Deus erat verbū. Nemo dixit duos Deos, licet Deum, & Deum diceret. nemo non vnam imaginē patris, & filij annuntiauit, & ideo vnū Deum nouit dicere in confesSione fides catholica. non tamen vt per cōfesSionem vnius Dei filius negetur esse quod Deus est. quia sicut pater Deus est, ita & filius Deus est. nam si nō sicut pater Deus est, ita & filius Deus, quomodo illis vna imago est secundum Moysen, vel quomodo secundum Paulū, in forma Dei Christus est aequalis existens Deo. Sed & Iohannes cum verbum Deū adserit in principio apud Deum esse, non

†delibam', vel delineamus.

Ioha. 1.

Gen. 1.
Phil. 2.

non extra Deum esse, per hanc verbi Dei a Deo inseparabilitatē idem mihi videtur significare, quod in significantia imaginis & formae est. Nam si per vnam imaginē eandemq. formam patris, & filij inseparabilitas ostenditur, cur nō cum Iohannes Dei, & Dei inseparabilitatem annuntiat, per hoc quod ait, & verbum erat apud Deum, & hoc erat in principio apud Deum, vnam imaginem, eandemq. formam patris, & filij significasse credatur. Plane hic sensus videatur ambiguus, si non idem Euangelista hoc ipsum paullulum infra apertius prosecutus est dicens, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre. sicut una imago, eademque forma, ita & gloria non alia est filij, quam quae patris est. Ioha. 1.
Interea qui Christum de adoptione filium dicis, quomodo intellegis gloriam eius quasi unigeniti a patre. Quod si plures esse Dei filios, de adoptione profiteris, quod si & Christus adoptiuus est, quomodo unigenitus a patre est, cum non sit unigenitus existentibus quoque alijs per adoptionem filijs. Quod si uere unigenitus a patre est ideo, quia ipse solus de ipso uere patre generatur, quomodo adoptiuus adseritur, cum adoptiuus inter plures adoptiuos proprietatem unigeniti a patre habere non posit. Sed etsi adoptiui sunt, de nullo tamen eorum dictum est, Iohannis. 1. & uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre. Sed de Christo solo dictum est, & uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre.

non ergo adoptiuus eſt, de quo hoc dicitur, quod de adoptiuis dici non poteſt. Et merito illi vna imago cum patre eſt, quia ipſe ſolus vnigenitus a patre eſt. Quid ergo mirũ, ſi in filij imagine patris imago
Ioha. 14. ſignatur. ideo & ipſe Saluator dicebat, Qui me uidet, uidet & patrem. nõ hoc vt Sabellius dico, quaſi ſe ipſum patrem dicat eſſe, qui ſit & filius. Confiteor enim patrẽ eſſe, qui genuit, filiũ vero eſſe, qui natus eſt. Sed cũ dicit, qui me videt, videt & patrẽ, ſicut patris & filij non vnam oſtendit eſſe perſonã, ita unã oſtẽdit eſſe deitatem. cũ in patris & filij ſubſtantia nulla diuerſitas inuenitur. Iterũ in hoc quoque loco dicam, ſi creatura eſt filius, quomodo qui videt filium, videt & patrem. nemo in viſione creaturae patrem videt. De inſpectione enim creaturae creator videri poteſt, pater autem non videtur niſi de inſpectione filij. Si ergo Chriſtus creatura eſt, & nõ uere filius, non poteſt in creaturae viſione pater videri. & quomodo ait, & qui me videt, videt & patrẽ, niſi quia vere filius de Deo patre natus eſt. & ideo cũ uideris filium, neceſſe eſt vt & patrẽ videris. Sine filio enim pater non eſt, ſicut nec filius ſine pa-
Ioha. 14. tre. Inde etiã ſubdidit, Ego in patre, & pater in me: non vtique per quandam paſsiuam confuſionem; ſed quia conſequens eſt, vt vbi pater eſt, illic eſſe cognoſcatur & filius, & vbi filius eſt, illic etiam patrẽ exſtare cognoſcas. Eſt & alius ſenſus dicti iſtius, Qui me uidit, uidit & patrem, non qui corporeis oculis in corpore uidiſſet Ieſum, uidiſſe patrem refertur.

alioquin

alioquin abſurda eſt increpatio Domini ad Philippum dicentis, Tanto tempore uobiſcum ſum, & nõ me noſti Philippe. ſecundum corpus enim non ſolum Philippus videbat Ieſum, ſed & omnes Iudaei, qui ei aduerſabantur. nec tamen per hoc, quod uidebant ſecundum corpus Ieſum, patrem quoque vidiſſe credendi ſunt. Quid ergo eſt, qui me vidit, vidit & patrem. intende cordis aciem, & vide ſecũdum fidei ſpiritualis obtutus Chriſtum filium Dei non creaturam eſſe, ſed creatorem. intende eum uere eſſe Deum ſine initio ſempiternum, & ſecundum hoc, quod Deus, inuiſibilem, inaeſtimabilem, incorruptibilem, indemutabilem, & per omnia talem, qualis eſt & pater eius, qui eũ genuit. & ita uidens filium, patrem quoque te uidiſſe non dubium eſt. hoc ſenſu accipe & illud quod ait, ego in patre, & pater in me. pater cum ſit perfectus, perfectum filium genuit. & cũ ſit inuiſibilis, incomprehẽſibilis, inaeſtimabilis Deus, & uerũ lumẽ. & filius talis natus eſt, qualis eſt ille, qui eũ genuit. & ideo ait, ego in patre, & pater in me. cum enim omnia quae ſunt paternae uirtutis, & deitatis, habentur in filio, pater in filio eſt, & filius in patre. & ideo praemiſit, Si me ſciretis, & patrem meum ſciretis. & hic oſtenditur quod eadem ſit patris & filij ſubſtantia, eo quod ſit vna vtriuſque cognitio. Sed creaturae & creatoris non eſt vna cognitio, quia non & vna ſubſtantia. Patris autem & filij vna cognitio eſt, ergo non eſt filius creatura, ſed creator eſt, ſicuti & pater creator

Iohan. 14.

Ioha. 14.

est. & Deus est, sicuti & pater. non tamen per haec duos Deos dicimus. Hic est vbi impie haeretice diabolico furore quasi in stultitiam istius confessionis inardescis, cum Deum, & Deum audis, nec tamen duos Deos dicimus. Inflatus enim de littera saeculari in hac quaestione insanabiliter aegrotas, & putas te debere cōstringere, ut duos Deos dicamus, cum Deum, & Deum confitemur. Noli infelix aduersus Christum dominum totius creaturae, Aristotelis artificiosa argumenta colligere, qui te christianum qualitercumque profiteris, nec aduersus piam confessionem inenarrabilis de Deo sacramenti vt calculo calumniator, quasi ex disciplina terrenae supputationis circumscriptor aduenias. Inspice potius diuinos libros, & de diuina fide diuinis utere

Psal. 35. sermonibus. Legisti utique, & in lumine tuo videbimus lumē. Quae hic distantia luminis a lumine est. posuisset enim & distantiam, si fuisset, ne quis luminis a lumine nullam distantiam crederet. quod si nulla distantia est, non ergo duo lumina, sed vnum lumen est, cum in lumine patris, filij lumen agnoscitur. Hoc lumen est de quo & Daniel loquitur di-

Dan. 2. cens, & lumen cum ipso est. non enim de aliqua creatura hoc dicitur, sed de splēdore ipsius Dei existentis sempiterni luminis. Si pater sempiternum lumen est, sine dubio & filius lumen est sempiternum. Si vero negatur filius Dei lumen esse sempiternum, quomodo in patris sempiterno lumine lumen filij quod non est sempiternum, videtur. Sed

in

in laudibus Dei non est haec falsa dictio sancto-
rum, Et in lumine tuo videbimus lumen. Ergo & Psal. 35
filij lumen sempiternum est, quod non distat a pa-
tris lumine sempiterno. & ideo licet lumē sit filius,
& pater lumen sit, vnum tamen patris & filij lumen
est, quia in patre & filio nulla discretio est, nulla
separatio luminis est, quomodo nec imaginis se-
cundum Moysen, nec formae secundum Apostolū
Paulum. Sacramentum autem inseparabilis vnita-
tis secundum hoc, quod uterque, idest, pater & fi-
lius aequaliter & indiuise, neque secundum portio
nem, Deus vnus. & pluralitatis secundū hoc, quod
vnus pater est, & vnus filius. Etiam de hoc capitu-
lo manifestatur quod legimus in euangelio, ipso
saluatore dicēte, Ego & pater vnum sumus. Sumus Ioha. 10.
enim pluralitatem significat personarum. quia hic
pater, & hic filius. Vnum autem vnam eandemque
in patre & filio substantiam, deitatemq. consignat,
vt uere pater & filius unus Deus sit, cum ambo, id-
est, pater & filius unum sunt secundum deitatem;
non unus secundum personas. Ego & pater unum
sumus, hac una uoce & Sabellius excluditur, & Ar-
rius cōfutatur. Sabellius enim ipsum dicit patrem,
qui sit & filius, hoc modo, tamquam si unus habe-
at duo nomina. & interpretatur unum ideo di-
ctum, vt unius personae singularitas crederetur.
Contra uero Arrius respiciens ad hoc, quod ait,
sumus, in hoc sermone, pluralitatem intelle-
gens, introduxit impiam pluralitatem Deorum;
credens

credens vnum sempiternum Deum, & alium, qui esse coeperit Deus. vnum omnipotentem, & alium, qui non sit omnipotens. Sed o caecitas, in vtrisque habent ante oculos, quod pie videant, & incautis offensionibus impie litigare contendunt. saltem commodent sibi sensus suos, & pie fidei perspicient veritatem. Sabellius admiratione virtutum, quas Christus operabatur, Christum Deum verum esse credit, & non qui aliquando coeperit, sed qui semper fuerit, & possit omnia. credat hoc Arrius, & nō blasphemat in Christum, quem filium confitetur. Item Arrius negat Christum esse patrem, neget hoc & Sabellius, & pie credat, quod Christus uere Deus est, non existens pater, sed filius. adhuc apertius dicam. Sabellius vincat Arrium, quod Christus verus Deus est, & Arrius uincat Sabelliū, quod Christus sub confessione veri Dei verus & filius est, & mihi catholico ambo vicerunt, immo & mecum ambo vincunt impietatis errorem, cum mecum intellexrint sacrae fidei ueritatem, quae & pluralitatē personarum intellegit, & vnitatem deitatis in hac pronū-
Ioha. 10 tiatione Domini dicentis, Ego & pater unū sumus. Sed hanc diuinam pronuntiationem, & hanc piam diuinae pronuntiationis intellegentiam Arrij sectatores cū quaerunt subuertere, alio modo interpretantur, & dicunt, vnum sunt quidem, sed non substantia, non deitate, non potestate, sed voluntate, idest, quia unam eandemque habeant uoluntatem, ideo ait, ego & pater vnum sumus. Dicite o impijssimi,

ſimi, ſubſtantiuum verbum dei eſt. & qui linguae ſermonem dedit, neſcit loqui, & ignorauit altum ſenſum ueſtrum proprijs & competentibus ſermonibus explicare, & inefficax fuit dicere, ego & pater unum uolumus. ſi tamen hoc in loco unitatem voluntatis, & non ſubſtantiae ac deitatis volebat intellegi. Sed nunc, quaeſo, Regina memineris, quae capitula ex perſona haereticorum ſcribere dignata es. ipſi haeretici aiunt, qui me miſit pater, ipſe mihi praeceptum dedit, quid dicam, & quid loquar. Iohan. 12.
&, Deſcendi de caelo, non vt faciam uoluntatem Iohan. 6.
meam, ſed uoluntatem eius, qui miſit me, patris. Hoc artificium haereticorum eſt, ut alibi negent, quod alibi confitentur. Vt cum ſe vident praeſentium quaeſtionũ abſolutionibus uehemẽter adſtringi, ſerpentino lubrico ſemper eludant. Certe dicitis o haeretici praeceptum dediſſe filio patrem, quid dicat, quid loquatur. & quomodo quaſi neſciat loqui, vos verba eius emendatis. immo iam patris, quia filius quod dicit, quod loquitur, ſecundum praeceptum quod dedit ei pater, & dicit, & loquitur. Iam ne intellegitis, quia cum profano ſpiritu aduerſus filij deitatem exſercere cõtenditis veſtram amentiam, etiam in patrem prorumpitis inſanientes. Clamat filius, Ego & pater vnum ſumus, & vos Iohan. 10.
quaſi grammatici velut inefficaciam dominicae pronuntiationis ſuppoſiti verbi demutatione ſupplentes emendatis, & dicitis, hoc quod ait, ſumus, volumus, intellegendum eſt. vt ſcilicet ſic dictum

ſit, ego & pater vnum volumus. Sed reclamat filius
etiam contra vos dicens illa, quae dixit ad veſtrae
Iohan.8. impietatis participes Iudaeos. Quare loquelā me-
am non cognoſcitis. Habeant locum ſuum parabo
lae, & allegoriae, & aenigmata, hoc tamen loco
Iohan.10. apertiſsime, & plene dictum eſt, Ego & pater vnum
ſumus, & quomodo vnum ſunt, alibi quoque decla
Iohan.14. rat, cum dicit, Credite mihi, quia ego in patre, & pa
ter in me eſt. & ne videretur ipſe de ſe vſurpare,
quod non erat, vt veritatem dictionis oſtēdat, prae-
miſit dicens, Non creditis quia ego in patre, & pa-
Ibid. ter in me. verba quae ego loquor vobis, a me ipſo
non loquor. pater autem in me manens ipſe loqui-
tur, & opera quae ego facio, ipſe facit. Sed & alibi.
Iohan.8. Sicut docuit me pater, haec loquor. & qui me miſit,
mecum eſt, & non reliquit me ſolum. quia quae pla
cita ſunt ei, facio ſemper. Non quia filius ignoraret
quid ſibi loquendum erat. Quid eſt enim quod Dei
ſapientia ignoret, ſed vt duritiam indomitae fidei
† forte leg. Patris quoque noie tuae ad piam diuinae vnitatis intellegentiam † pa-
tris quoq. molliret, ait, Pater in me manens ipſe lo-
Iohan.14. Iohan.8. quitur. vel illud, ſicut docuit me pater, haec loquor.
Sicut autem opera filij, opera patris ſunt, eo quod
faciente filio, pater in ipſo manens faciat, ita quod
loquitur filius, pater in ipſo manens loquitur non
aliud, quam quod loquitur filius. quia nec filius
aliud loquitur, quam quod loquitur pater in ipſo
manens. Eadem ergo patris & filij loquela eſt, ſicut
eadem & operatio. & ideo dicebat, alioquin pro-

pter

pter opera ipsa credite. Quae vtique similiter faciebat vt pater, vt postremo vel auctoritate operum crederetur. quia filius in patre est, & pater in filio. Hoc autem quomodo intellegendum est quod ait, Ego in patre, & pater in me, iam supra expositum est. Sed & nunc breuius dicam. Secundum indifferentiam substantiae audiendum est, ego in patre, & pater in me. Sed & illud quod ait, ego & pater vnũ sumus, secundum indifferentiam substantiae vnum sunt pater & filius. Nolo ergo impie haeretice vt indifferentiã substãtiae patris & filij adimas, & importune vnitatem voluntatis interseras, quam alibi impie negas dicẽdo, scriptum est, Descendi de caelo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me, patris. Qui in hoc capitulo ignorans dictionis eius sacramentũ, tam impie negas patris & filij vnam esse voluntatem, quomodo tibi credam, quia sinceriter confiteris, quod vna eadem volũtas patris & filij significetur in hoc, quod pronunciauit Dominus dicens, ego & pater vnum sumus. Tu si vere credis, quod pater & filius vnum sunt voluntate, non video quomodo negare possis, quia & substantia, & diuinitate, & potestate vnum sunt. Quare enim non vna substantia sit, vna diuinitas, & potestas, quibus vna uoluntas est. Si enim ex aequo illis uoluntas est, ex aequo & diuinitas est. Si non ex aequo diuinitas, nec ex aequo uoluntas. Dei enim uoluntas, & cuiuslibet, non tamen Dei uoluntas, † pariare non potest: quia alia est uis uoluntatis

Iohan. 6.

† Pariare, id est, esse par.

eius, qui Deus est, & alia vis voluntatis eius, qui Deus non est. Voluntas Dei naturaliter bona est, perfecta est, indemutabilis est, semper eadem existens, & sine initio existens, & sine fine perseuerans. Voluntas vero eius qui non est Deus, eo quod habeat initium, sicut & ipse qui non est Deus, potest & nutare, potest & verti, sicuti & ipse qui non est Deus. ac per hoc non vere bona, quia non naturaliter bona, nec vere perfecta, quae potest verti, & minui, ita, vt quod hodie voluit, crastino nolit, vt quod hodie noluit, crastino velit. Dicã exẽplo apertius, Angelus iste, qui nunc diabolus est, antequam fieret diabolus, bonam habuit voluntatem, sed vbi factus est diabolus, proprij arbitrij agitatione amisit bonam voluntatem. ideo scilicet, quia ex factura subsistit, & non naturaliter Deus est. hoc & de omni creatura rationabili sentiendum est. etsi enim quidam eorum non declinauerunt, neque declinant a bona voluntate, tamen in natura habent posse declinare, quia creaturae sunt, & non Deus. Hoc enim quod non declinant ex disciplinae perpetua obseruatione obtinent, nõ ex naturae indemutabilis veritate. Deus autem ipse solus sine initio bonus, & perfectus, & inconuertibilis est sine initio, habens quoque bonam voluntatem, & perfectam, & incon uertibilem, non institutione, neq. ex profectu obseruationis habet bonam, & perfectam, & inconuer tibilem voluntatem, sed ex naturae indemutabilis veritate, qua & bonus, & perfectus, & inconuerti-

bilis

bilis Deus est: Viderit, si qua fortassis est haeresis, quae hunc sensum respuat, tu tamen praecipue ad hoc Arriane consentis, qui & ipsum filiũ Dei, quem totius creaturae dominum confiteris, vertibilem, & mutabilem dicis, quod eum a Deo factum de nihilo praedicas, nõ † tamen de Deo vere natũ. si haec † forte autẽ tibi sentẽtia est, quod omnis creatura vertibilis est, & mutabilis, Christum autem dicis esse creaturam, ergo & ipse, secundum te, ex cõdicione naturae vertibilis, & mutabilis existens, non habet inconuertibilem, & indemutabilem voluntatem. Et quomodo interpretaris, quod pater & filius vnum sunt voluntate, cum patris & filij, secundum te, diuersae sint voluntates, & contrariae, quia scilicet vna est indemutabilis, & inconuertibilis, alia vero mutabilis, & conuertibilis. deprehenderis & detegeris haeretice fraudulente, quomodo conaris simplices animas circumuenire, & capere. Constrictus enim & coartatus testimonio dominicae pronuntiationis dicentis, Ego & pater vnum sumus, vt de hac voce quali- Iohan. 8. tercumq. euoles, quae claris sermonibus in patre & filio vnitatẽ deitatis ostendit, succubuisti neccessitate, nõ arbitrio, ad hoc, vt vel ad momentũ in praesenti capitulo summis labijs, & vt ita dixerim, superficie sola verborum vnitatem voluntatis interseras, quo expressius, & viuacius, & medullitus vnitatem deitatis excluderes. Tollis enim sensum, unitate substantiae, qui facile creditur ex ipsa simplicitate uerborum, & interpretaris sensum, unitate uoluntatis.

luntatis. ut quia supradicta ratio eius non facile apud omnes intellegitur, interim simplicem decipias auditorem, cum illud † ne unitatem diuinitatis intellegat. Nam & unitatem uoluntatis in patre, & filio, fides catholica sincerissime & uerissime credit, nõ labijs tantum, sed & toto corde, quae & unitatem substãtiae, & diuinitatis agnoscit. Sicut enim indemutabilis, & inconuertibilis est substantiae cum patre filius, ita & indemutabilis, & inconuertibilis uoluntatis est cum patre filius. Atq. ideo una uoluntas est patris, & filij, sicut & una uirtus, & una imago. magis aut dixerim, quod ipse filius uoluntas est patris. Sicut enim patris, & filij una imago cum sit secundum Moysen, tamẽ & ipse filius imago Dei inuisibilis scribitur ab Apostolo, ita & una uoluntas cum sit patris & filij, pie definitur, quod uoluntas patris est filius. Sicut est Dei inuisibilis imago, similiter & de uirtute intellege. Fides enim catholica dicit, unam uirtutem esse patris & filij. & tamen scribit Apostolus, Christum Dei uirtutem esse, & Dei sapientiã. Pie ergo dictum est, quod filius uoluntas est patris, sicut idem ipse est sapientia Dei. Et tamẽ si adhuc mouet hic sensus, intende ad ea, quae dicimus. certe Dei sapiẽtia Christus est. Quid autem est Dei uoluntas, quam Dei sapientia. non enim in Deo aliud uoluntas, & aliud sapientia. in hominibus quidem potest esse uoluntas, non tamen haec ipsa sapientia, quia uoluntas hominis eruditione, & meditatione, & profectu ad sapientiam sibi

Marginal notes: † deest forte, agis, aut simile.. — Colos. 1. — 1. Cor. 1.

ſibi poſsibilem, peruenit. Dei autem voluntas non eruditione, non meditatione, non profectu ad ſapientiam peruenit, ſed ipſa nihil indigens, naturaliter ſubſtantiua ſapientia eſt. Vnde & Chriſtus Dei ſapientia exiſtens, Dei quoque voluntas eſt, quia in Deo non aliud voluntas, & aliud ſapientia.

DE EO QVOD HAERETICI DICVNT.

Ex nihilo, inquiunt, Deus ſibi filium fecit.
Si fecit eum ex nihilo, creatura
eſt, & non filius.



DAVID vno lapidis ictu Goliae frontem percutiens magni corporis fortem ſtrauit inimicum. Sed noſtrae non eſt virtutis de vno lapide vincere, duplici, vt opinor, ex cauſa. quia nec nos tales uires habemus, quales habuit & Dauid, & iſti nimis frontem praeferunt impudentiae impietatibus obduratam. unde iam licet multos lapides non in uacuum miſerimus, tamen adhuc in Dei gratia repetendum nobis eſt, & impudens eorum frons illa, quae eſt ſine ſigno Domini, crebris teſtimoniorum lapidibus elidenda eſt, ut, etſi non caro eorum effundit cruorem, multis effoſſa uulneribus, tamen uel pudor ſuffuſione ſanguinis erubeſcat, ſi etiam ex ijs, quae illorum ſcripſeras, opprimantur. Haec uerba haereticorum ais eſſe. Ex nihilo, inquiunt, Deus ſibi filium fecit. Si fecit eum ex nihilo, creatura eſt, & non filius. 1.Reg.17.

lius. & quid est, quod filium dicis, quem creaturam esse confirmas, cum dicis eum factum ex nihilo esse: non ergo potes & filium eum dicere, & creaturam. filius enim ex natiuitate consistit, creatura uero ex factura. Quid tibi contraria profiteris. unũ elige de duobus, dic aut filium uere filium, aut creaturam uere creaturam. Si ita filium dicis, vt uere filium dicas, negasti eum esse creaturam: & quomodo de nihilo factum eum esse dicis, quem vere filium confiteris. Si autem dicis eum uere esse creaturam, cur eum filium nominas, cum in eo istius nominis abneges veritatem. Sed de viuis lapidibus diuinae vocis percutiamus frontis eius impudentiã. Tu dicis eum esse creaturam, ego dico eum esse filium. quis inter nos de professionis ueritate pronuntiet. puto, quod libenter habeas, vt ille iudicet, a quo tu, renuentibus nobis, factum dicis Christum ex nihilo: Audiamus ergo quid de caelis ipse pro-
Matth. 17. nuntiet. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene conplacui. numquid dixit, hic est, quem ego feci ex nihilo. & vide, quia tunc primũ dixit, quando IESVS vt homo accessit ad baptismũ. &, puto, non alia ratione, quam quia poterat credi non esse filius Dei, qui corporeus videbatur, & inter ceteros homines ipse quoque vt homo peccator veniebat ad baptismum, cum peccata propria non haberet. Ne ergo, cum sacramentum baptismatis in homine adsumpto cõsummat IESVS, non vere Dei filius
Ibid. crederetur, clamat de caelo pater, Hic est filius me

us dilectus. Intellexerat quidem & Iohannes suum illum esse Dominum, quando & venienti ad baptismum ait, Ego a te debeo baptizari, & tu venisti ad me. Sed ne forte apud alios Iohannis testimonium non tam magnum videretur, vt vinceret fidem carnis, & humilitatis in Christo, & omnia omnino, quae per carnem eius agebantur, ipse, quo nemo maior, ipse, quo nemo melior cognitor, dat testimonium de caelis dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo bene conplacui. Inquantum enim manifesta fides erat circa carnem Saluatoris, intantum & manifesta fides esse debuit circa deitatem Saluatoris. tunc enim & verus Deus est, si sit & verus filius. carnem quidem eius, vel potius hominem dicam, nemo ambigebat. quia nec ambigi poterat. Sed illud quod in homine erat, & natum cum homine, quia videri per naturam non poterat, ne esset incertum, voce, & quasi digito patris ostenditur dicentis, Hic est filius meus dilectus, in quo bene conplacui. & interea pari auctoritate fides vtriusq. substantiae, id est, Dei & hominis commendatur in Christo. Hominis enim in se fidem Dei filius ipse signabat per conceptionem, & partum Virginis, per infantiae vagitum, per cunas, & inuolumenta, per ipsa matris vbera, per ipsa materni lactis alimenta, per incrementa † corporeae aetatis, per hoc ipsum, quod venit, vt baptizaretur. Vides quomodo interim vsque ad baptismum expresit in se hominis veritatem, tanto presius hoc agens, quanto & difficilius credi poterat, Deum in hominem fie-

Matth. 3.

† forte, corporea

ri. & ne forte ad hoc coactum putes, & non ſponte filium Dei, filium quoque factum eſſe hominis, audi Apoſtolum dicentem de eo, Qui cum in forma Dei eſſet conſtitutus, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe aequalem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. Si ergo ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, non coactus eſt, ſed ſponte factus eſt filius hominis, exiſtens in forma Dei, Deo aequalis. Habes igitur filium exprimentem in ſe fidem hominis. item videamus fidem in eo diuinitatis expreſſam. & licet ſufficienter ſupra de fide eius diuinitatis expreſſum eſt, & adhuc ſint alia quoque multo copioſiora, tamen illa nunc taceo. ſufficit enim mihi ſi fidem diuinitatis in Chriſto ſolus interim pater oſtendit dicens. Hic eſt filius meus dilectus, in quo bene complacui. Quid ais haeretice. credis ſine dubio Chriſto, quod ſe filium hominis fecerit. quid cenſes de patre. eſt ne veridicus apud te, cum Chriſtum filium ſuum eſſe teſtatur. ſi non credis patri, cum Chriſtum filium ſuum eſſe teſtatur, iam maioris apud te auctoritatis eſt Chriſtus, cui de fide in ſe hominis credis, & minus idoneus eſt pater, cui de filij teſtatione non credis. Et quomodo patrem maiorem Deum vindicas, cuius vocem quaſi minimi depretias. vel quomodo Chriſtum Deum minorem adſeris, cui tantum credis, quantum nec ei, quem maiorem praedicas. magnus iſte honor tuus eſt, quem patri defers, vt ei non credas de filio ſuo profitenti. Qui

Philip. 2.

tamen

tamen iterum & alibi profitetur illum suum filium esse, quando cum apostolis Petro, & Iacobo, & Iohanne Dominus ascendit in montem, & refulsit fa- Matth. 17. cies eius sicut sol. Percutiat iterum diuinum testimonium tuae frontis impudentiam, Et ecce, inquit, Ibidem. nubes lucida inobumbrauit eos, & ecce vox de nube dicens, hic est filius meus dilectus, in quo bene conplacui. ipsum audite. Certe Moyses, & Helias pariter videbantur cum eo loquentes, quos utique de adoptione factos esse filios Dei negare non potes. & quomodo de solo Christo vox diuina testatur dicens, hic est filius meus dilectus, in quo mihi conplacui. ipsum audite. Si enim & Christus de adoptione filius est, cum staret inter duos filios adoptiuos, dixisset vtique, & hic filius meus est, ne Christus solus filius esse crederetur. at cum dixit, hic est filius meus dilectus, adoptionis filios separauit, vt proprietas verae natiuitatis in Christo solo filio crederetur. Sed non sufficit vt Christum tantummodo filium suum esse profiteretur, addidit etiam quod vero filio debebatur, dicens, ipsum audite. magnam, immo & parem sibi auctoritatem ostendit in filio, cum ita audiendus est filius, vt audiendus & pater est. ipsum, inquit, audite. quidquid ergo iam dixerit Christus, audiendus est. & videamus, si nusquam se dicit esse filium Dei, si nusquam se Deum patrem habere profitetur. ipsius vox est, Omnis plantatio, quam non plantauit pa- Matth. 15. ter meus, eradicabitur. Et iterum, Domum patris Iohan. 2.

mei fecistis domum negotiationis. Alibi quoque,
Iohan.9. Et tu credis in filio Dei. Numquam praesumeret dicere, pater meus, & patris mei, & tu credis in filio Dei, nisi esset confidentia naturae, quae vindicat vocabulum veritatis in patre, de conscientia propriae natiuitatis. Quid enim insolenter ille lo-
Philip.2. queretur. qui semetipsum humiliauit factus oboediens vsque ad mortem crucis. Sunt & alia testimonia plurima. sed nos nunc non librum scribimus, vt omnia prosequamur, sed causa breuitatis paucis testimonijs summas claudimus, vt vox illa obruatur, quae negat Christum verum esse filium Dei. Sane dicit se Christus filium quoque esse hominis
Mar.14. cum ait, Et videbitis filium hominis. Et, Quem di
Matth.16. cunt esse filium hominis. Hoc est enim sacramentum fidei in Christo, vt cum illum filium Dei esse credideris, credas quoque & filium hominis esse eum factum. Illud enim, quod filius Dei est, naturaliter possidet, hoc autem, quod filius hominis fa
† fonte, beneficia, uel beneficus nobis perstitit. ctus est, qua † beneficus nobis praestitit. & ideo qui Christum filium Dei esse non credit, impius est, sed & qui Christum filium hominis esse factum confiteri dedignatur, ingratus est. Tu tamen haeretice credis quod Christus filius hominis factus est, & cum hoc ipsum de se Saluator dicat, non abnuis.
Matth.2. At vero cum dixerit pater, Hic est filius meus, & cum dixerit filius, Pater meus, tu vt cor Pharaonis obduras, & non credis. Superest impudentiae tuae, vt quasi melancholicus non vera perspiciens,
patrem

patrem & filium dicas esse mentitos. Non, inquit, nego filium, sed nego verum filium. ergo & Petrus ideo beatitudinis vocem promeruit, quia Christum verum filium esse non credidit, licet filium Dei viui sit confessus. Magnum re vera confessae fidei sacramentum est in Petri conscientia, vt cum labiis dicat, Tu es Christus, filius Dei viui, in corde tamen habeat, quod non sit verus filius Dei viui. Ego homo sum, verba audio, verba intellego, interpretationem tacitam cordis audire non possum. Christum filium dixit Dei viui, nisi & adoptiuum adiecerit, ego aliud nihil intellego, quam quod & loquitur. Viderit † si Christus, qua dominus & Deus cor aspicit. mihi tamen qui auribus tantum audio, debuit etiam per vocem fieri cordis eius manifesta confessio, propter quem & Petrus interrogatur. non enim sibi soli Petrus interrogatus est, sed & omnibus nobis, vt cum ille de Christo bene confitetur, & nos similiter disceremus pari confessione ad beatitudinem peruenire. † & interea videamus si digne Petrus beatitudinis praeconium consequitur credens in corde quod non sit verus filius, sed adoptiuus. Si digna haec patris reuelatio est, & non potius carnis & sanguinis, plurimi certe adoptione sunt filij Dei, & non solum Hieremias, qui adhuc cum esset in vulua matris, sanctificatus est. neque solus Iohannes Baptista, qui in vtero matris infans exultauit in spiritu. Sed neque solus Helias, qui mortem adhuc vsque passus non est, vel quilibet

Matt. 16.
Ibid.
† forte, scilicet.
† forte. Sed
Luc. 1.

bet ex numero Prophetarum, ex quibus vnus, vt in
Matth. 16. euangelio relatum eſt, putabatur Chriſtus. ſed ad
hoc nomen adoptionis, meretrices, & publicani,
quamuis emendatione venerunt. & ne quis me pu
tet blaſphemare, audiat in euangelio dici, Mere-
Matth. 21. trices, & publicani praecedent vos in regna caelo-
rum, ubi non niſi filij adoptionis ſunt. cum ergo
nec blaſphemis, nec turpibus adoptionis gratia de-
negetur, ſi corrigant ſe, hoc pro magno ſacramen
to pater Petro reuelauit, quod ſcilicet filius quidem
Dei viui eſt, ſed adoptione potius, & non natiui-
tate, & tantum nomine, non etiam & nominis ve
ritate. Plane qui hoc credit, non beatus ille eſt, ſed
miſerrimus omnium, habens non ſolum intellegen
tiam carnis, & ſanguinis, verumetiam & ſpiritum
Diaboli. Sed quaeſo Regina, ſentias, quod multa
in hoc loco dici poterant, quae, ad conſequentia
feſtinans, praetereo, credens quod data occaſione,
quaſi vna de ſapiētiſsimis plus poſsis ſentire, quam
Prou. 9. loquimur, ſecundum ſententiam Salomonis, Da ſa
pienti occaſionem, & ſapientior erit. Haec veſtra,
Arriani, doctrina eſt. haec veſtra interpretatio ſin
gularis. hoc ſecretum fidei veſtrae myſterium. ado
ptione, inquit, Chriſtus eſt filius, & non verus fi-
lius. interrogemus & Iohannem. poteſt & hic ve-
rum didiciſſe, ſiue quia interfuit, cum Petri lauda-
ta confeſsio eſt, ſiue ex peculiari dilectione Salua-
toris, qua ita erat ei proximus, vt etiam ſupra pe-
Iohan. 13. ctus eius recumberet. videamus, quid haerens pe-

ctori

ctori eius hauserit. Deum nemo vidit umquam, nisi unigenitus filius, qui est in sinu patris. Nulla creatura uidet Deum, secundum hoc, quod Deus est, & ideo ait, Deum nemo uidit umquam. Sed sequitur, & dicit, nisi unigenitus filius. ergo unigenitus filius non est creatura, qui Deum uidet, quem nulla uidit creatura. & ne forte unum eum de adoptiuis filiis crederes, amputauit sensus impij occasionem, cum eum dixit non solum filium, sed etiam unigenitum filium. Hoc nomen non habet socios, & licet dicantur alij filij, adoptione tamen, non natura sunt filij. sed Christus solus unigenitus filius est, quia solus uerus filius est, non adoptione, sed natura, non nuncupatione tantum, sed & genere. solus, inquam, uerus filius est, qui etiam in sinu patris est. filij adoptiui in sinu Abrahae sunt, qui autem uerus filius est, & unigenitus filius est, in sinu patris est. intellege tamen & in hoc inseparabilem paternae substantiae filium, quod in sinu patris dicitur esse. item legimus, Sic enim dilexit mundum Deus, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. Non uideo, quomodo dilectio Dei commendetur ad mundum, si non uerus, & unigenitus est filius, quem dedit pro mundi redemptione. Mundus sine dubio creatura est, si Christus creatura est, quid contulit mundo, dans pro creatura creaturam. Omnis creatura seruili condicione censetur. si Christus creatura est, seruus est. quomodo

Iohan. 1.

Iohan 3.

redemit

redemit ad libertatem, cum ſeruus nullo iure poſſit conferre libertatem. & tamen Abraham, ut commendaret dilectionem, quam habebat ad Deum, proprium, & uerum unigenitum, & dilectiſsimum filium obtulit in holocauſtum, cum hoc ipſum Deus ad probandam eius in ſe dilectionem fieri praecepiſſet. Et tu dicis impie, quia Deus uolens commendare dilectionem ſuam mundo, non habuit uerum filium, quem daret, ſed uſus eſt neceſsitate, more ſterilium. ut, quia verum de ſe genitum filium non habuit per naturam, uel ex nihilo factum daret. Dic impie, ergo maiore uirtute dilectionem commendauit Abraham, proprium, & unigenitum filium offerens, quam Deus, qui non habuit proprium, neque uere unigenitum dedit. Et eſt, quod uelit Deus magnopere commendare, & inferius non commendat, cum commendauerit homo. & ille Deus, quem maiorem praedicas, minor eſt homine in commendanda dilectione. minus enim commendauit dilectionem, ſi non uerum & unigenitum filium dedit pro mundi dilectione. & Abraham plus commendauit, qui proprium & unigenitum obtulit. Sed abſit haec impietas, ut uel in dilectione commendanda minor ſit Deus, qui eſt per omnia inaeſtimabilis. uerum enim & unigenitum filium dedit, diligens mundum. Hoc enim Paulus uas electionis exſequitur, uolens Dei in nos commendare dilectionem dicens, Qui ſuo filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. cum

Rom. 8.

dicit,

dicit, Filio ſuo, proprietatem veritatis expreſsit in nomine. & vide tamen, quo ſermone uſus eſt, dicens, Qui ſuo filio non pepercit. Legiſti utique dicentem Deum Abraham, cum filium pro Dei dilectione uellet occidere, Ne inijcias manum tuam in puerum, ne facias illi quidquam. nunc enim cognoui, quia times Deum tuum, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Dicit & Paulus, Qui filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum. dicit Apoſtolus ex Dei uoce, quomodo † commendaret dilectionem. improprie vſus fuerat uerbis diuinis, ſi non & hic de uero filio loqueretur. & tamen, quis neſciat in patre Abraham, & Iſaac filio eius imaginem praeceſsiſſe futurae veritatis. In Deo patre, & Chriſto vnigenito filio eius ſacramentum praecedentis figurae monſtrauit & Apoſtolus, conſignans ipſis ſermonibus ueritatem, quibus & primum figura ſignata eſt, dicens, Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum. Si ergo figura erat in Abraham, cum offerret filium, ueritas autem in Deo patre, cum tradidit filium, quid ais doctor impietatis. ubi maior uis uerſari debet, in figura, an in ueritate. ſine dubio in veritate. & quomodo tu minorem exhibes ueritatem, pleniorem uero figuram. plenior enim eſt figura, ubi uerus filius offertur, & minor eſt ueritas, ubi ſecundum te, non uerus filius traditur. Sed plane maior eſt ueritas, & minor eſt figura. hoc ſi uis probari, crede uerum unigenitum filium

Gen. 22.

Rom. 8.

† forte, cō mendaret.

Ibidem.

Dei, & intelleges, quod multo plusquam Abraham gessit Deus, dans filium suum unigenitum pro mundi dilectione, secundum euangelium, uel cum secundum Paulum, suo filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Abraham enim licet filium obtulerit, tamen pro Dei dilectione obtulit, cui quidquid obtuleris, non aequas ad quod dignus est. & obtulit filium, quem postea quam per naturam habere non potuit, per Deum tamen contra naturam est adeptus. obtulit ergo Deo, quod ei contra spem naturae dederat Deus. & obtulit filium, facit ad scauam, si dixero, se minorem. & sine illa condicione praesenti quandoque mortalitatis lege moriturum. contra, examina quid Deus praestiterit. filium suum praestitit unigenitum, quẽ non sero ex alicuius adeptus est gratia, sed semper habet sine initio ex proprietate naturae natum de se, qualis & ipse pater est, qui eum genuit, inuisibilem, inaestimabilem, sempiternum, inpassibilem, & inmortalem, & omnipotentem, sicut ipse pater est, & postremo per omnia, Secundum hoc quod Deus est, aequalem ei, qui eum genuit. uides qualem dedit filium pater. Ecce iam Deus inaestimabiliter superior inuenitur in filio. & nunc considera, quod hunc talem unigenitum filium pro mundi dilectione praestiterit. & expende nunc, quidnam sit mundus, utique creatura est. similiter & Deus quid sit, expende, utique creator est. & nunc iam compara, quem dilexerit Abraham, &

quem dilexerit Deus. Abraham quidem Deum. Sed recenſe quanta Deus Abrahae praeſtiterit, & inuenies, quod Abraham multo minus Deo dilectionis debitum reddidit, quam debebat, licet reddiderit, quantum reddire potuit. Deus autem mundum diligit pro nulla ſibi data ab eo gratia. Vides quia multo eſt commendabilior dilectio Dei, quae non ex debito praeſtatur, quam illa Abrahae, quae praeſtatur ex debito. Sed uide adhuc ſupereminentiam dilectionis, qua Deus diligit mundum, non ſolum ſibi, qui eum condidit nullo merito iuſtitiae commendatum, uerum etiam peccatorem, & aduerſum ſe impium. Mundum ergo dilexit Deus peccatis, & impietatibus reum. non quia peccata, & impietates dilexerit mundi, ſed dilexit mundum, ut de peccatis, & impietatibus mundus ipſe liberetur. & audi Apoſtolum per haec mire commendantem Dei dilectionem, cum ſcribit ad Romanos, Vt quid enim Chriſtus, cum adhuc infirmi eſſemus, Rom. 5. ſecundum tempus pro impiis mortuus eſt. uix enim pro iuſto quis moritur. Nam pro bono forſitan quis audeat mori. commendat autem Deus caritatem ſuam in nobis, quoniam, ſi cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multo magis iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum. Intellego quidem, quod hoc teſtimonium diſcuti deſiderat. ſed nunc quod facit ad cauſam, breuiter pandimus. Mundum, habitatores mundi interpretatus Apoſtolus oſtendit, quod

pro impiis & peccatoribus mortuus eſt Chriſtus, vt ſuam caritatem commendaret in nobis, qui ſumus in mundo. &, moritur, inquit, Chriſtus pro impiis, & peccatoribus, quandoquidem uix pro iuſto quis moritur, licet forſitan pro bono quis audeat mori. Iam ne intellegis, quam inenarrabiliter praecellat dilectio Dei, vbi eſt veritatis expreſſio, & quam minor ſit dilectio Abrahae, vbi figura ſignata eſt. Non hoc dico quaſi non multum dilexerit Abraham, immo tantum dilexit Deum, quantum & potuit, quantum nemo ex natis mulierum ſupergredi poteſt. Sed licet multum dilexerit Deum, & de toto corde, & de totis viribus animae ſuae dilexerit, tamen inenarrabili ſuperemi nentia diuinae dilectionis in infinitum ſuperatur. Quis enim poſsit explicare dilectionem, quam Deus mundo praeſtitit, dans vnigenitum filium ſuum ita, ut homo naſceretur, qui Deus eſt, & haberet ſecundum carnem humana ſorte initium natiuitatis, qui ſine initio de patre natus eſt, & ille aequalis Deo in forma Dei exiſtens ſemper, accepta forma ſeruili minor fieret, non ſolum patre, verumetiam angelis, immo & hominibus. neſcio, ſi non

† uermium & multum infra, † vermi quoque comparatione, & poſtremo, ut ſecundum naturam ſuſceptae animae, vſque ad mortem triſtitiam pateretur, qui totus gaudium eſt, non ſolum Abrahae, qui diem

Iohan. 8. eius cupiens videre, vidit, & gauiſus eſt, ſed & omnium hominum ſanctorum. Praeſtitit ergo mundo

unigenitum filium ſuum, ut qui vera vita eſt, pendens in ligno ſecundũ carnem, mortem crucis pateretur, occultata interim ſempiterna, & inuiolabili diuinitate eius, quae illi vna eſt cum patre eius. Vide dilectionem, vt pro mundi ſalute dominus maieſtatis crucifigatur in terra, qui ſe filium Dei credentibus vitam aeternam praeſtat in caelis. O te beatiſsimum patriarcha Abraham, cuius maxima dilectio in Deum non niſi inexplicabilis diuinae dilectionis inundatione ſubmergitur. & neſcio † non hoc totum pro reſpectu tuae dilectionis, & fidei Deus impio praeſtitit mũdo. Tibi enim, & ſemini tuo promiſerat Deus, ut heres eſſes mundi per iuſtitiam fidei, ſicut docet Apoſtolus Paulus. Sed ſatis tardo, ſi hunc locum uoluero plenius exſequi. ad te conuertar haeretice, commonens, vt intendas quomodo Deus diligens mundum, dedit vnigenitum ſuum filium, uel, ut ait Apoſtolus, quomodo ſuo filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum. Si ſacramentum iſtius ineffabilis diuinae dilectionis agnoſceres, numquã aduerſus filiũ Dei impias componeres quaeſtiones: quas qui piae mẽtis eſt, per illa, quae ſupra diximus, intellegit abſolutas. Sed adhuc reliquam partem propoſiti teſtimonij videamus, ut tuae frontis impudentiã multo preſsius obteratur. Nam cum dixiſſet, Sic enim dilexit Deus mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, proſequitur, & dicit, Vt omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat

† forte, nũ, uel, ſi non

Rom. 4.

Rom. 8.

Ibid.

vitam aeternam. Iterum dicam, ſi creatura eſt unigenitus filius, quomodo qui credit in eum, non pe rit, ſed uitam habebit aeternam, cum credere in creaturam, ſit diuinitatis offenſio. Reſpice ad Apo ſtolum Paulum, conſidera, quae obprobria, quas obſcoenitates de his referat, qui, ut ipſe ait, com-
Rom. 1. mutauerunt veritatem Dei in mendacio, & coluerunt, & ſeruierunt creaturae potius, quam creatori. Tu ſi ſic credis, & ſic colis, & ſeruis unigenito filio Dei, ut eum dicas eſſe creaturam, illa te mala miſer expectant, quibus illi puniuntur, qui commutauerunt veritatem Dei in mendacio, & coluerunt, & ſeruierunt creaturae potius, quam creatori. Adoptione, inquit, Chriſtus † filius Dei eſt, & non verus filius. Omnia leguntur euangelia, & nuſquam ſcriptum eſt, quod Chriſtus adoptione ſit filius, & non verus filius. Et bene, quod Iohannes, ille Iohannes recubans ſupra pectus Domini, cauſam ſcri
Iohan. 20. pti euangelij referens poſuit, & dixit, Multa quidem & alia ſigna fecit IESVS coram diſcipulis ſuis, quae non ſunt ſcripta in libro hoc. haec autem ſcripta ſunt, vt credatis, quoniam IESVS eſt Chriſtus filius Dei, & vt credentes uitam aeternam habeatis in nomine ipſius. Eſt ne opus adhuc apertius explanare. multa, inquit, & alia ſigna fecit IESVS, & licet non ſint omnia ſcripta, quia nec ſcribi poterant infinita rerum copia, tamen haec ipſa ideo ſcripta ſunt, vt credamus, quod IESVS eſt Chriſtus filius Dei, & vt fidem ſingulorum prouocaret,

uocaret, ostendit & praemium dicens, vt credentes uitam aeternam habeatis in nomine eius. Si † uere adoptione esset filius Dei, & non natura, si sola nuncupatione, & non etiam quod in nuncupationis intellegentia est, nusquam magis hoc ipsum explanasset, quam in vltimo scriptionis, ne fides in ambiguo derelicta, vitam aeternam perderet per credulitatis incertum. Sed euangelista, qui ad hoc positus est, vt habens gratiam sancti Spiritus illa maxime lucidius panderet, quae ad vitae aeternae praemia pertinerent, non in ambiguo clausit euangelium, sed manifestissime expressit. ideo scripta euangelia, vt credatis, inquit, quoniam IESVS est Christus filius Dei, & vt credentes vitam aeternam habeatis in nomine eius. Etiamne hic suspicio est creaturae in filio Dei, ubi, qui crediderit quod filius Dei est Christus, aeternam vitam possidet, & non aliter quam in nomine eius, qui utiq. non est creatura, sed creator, & non adoptione filius, sed uerus filius Dei. in nomine enim creaturae ne quidem vitam temporalem potest quis adsequi, nisi si aliquis eam non auferendo praestare dicatur. De nihilo, inquit, fecit Deus sibi filium. Praetereo multa testimonia. loquatur Iohannes Christi domini dilectione perspicuus, scribens epistulam ait, Omnis qui diligit patrem, diligit eum, qui ex eo natus est. numquid ait, diligit eum, quem fecit Deus ex nihilo. sed nec patrem omnino nominasset, nisi scisset de eo natum filium. Et fac nunc,

† forte, vero

1. Iohan. 5.

quia

quia ita intellegendum eſt, ut tu haeretice interpretaris, quod ſcilicet ab eo factus ſit ex nihilo, quem ex patre natum dicit Iohannes, & quaero, numquid ſecundum te ſolus Chriſtus factus eſt ex nihilo. Nonne, vt taceam de alijs, etiam mundus ipſe ex nihilo factus eſt. ergo & mundus a nobis diligendus eſt, ſi diligendus eſt pater. Sed clamat idem Io-
1. Iohã. 2. hannes, Nolite diligere mundum. Numquid tam leuis eſt Iohannes, ut ipſe ſibi contraria praedicaret. abſit haec impietas, ut dicatur, Iohannes repugnantia ſibi loquitur, qui in ſancto Spiritu loquebatur. Scit diſtantiam facti, & nati in ipſo iam principio euangelij ſui. ſicut ſupra expoſitum eſt, cum de ipſo capitulo tractaretur. & ideo non ut facturam intellegit eum, quem dicit ex patre natum, quia nec ſingulariter poneret, ſi hoc quod ex patre natum eſt, facturam uoluiſſet intellegi, ſciens multos factos eſſe ex nihilo, ſed ſingulariter ponens, de ſolo uero filio poſuit dicens, quod ex patre natus eſt. ceteri autem omnes facti ſunt ut a condito-
† forte deſit, uim, uel iniuriam. re. Noli ergo facere diuinis ſermonibus †. Quid inſeris, quod ille non loquitur. quid doces, quod ille non docuit. Si Chriſtianus es, & ſi apud te uerus doctor eſt Iohannes, crede quod docuit. Ex patre, inquit, natus eſt. hoc ſi credideris, diligis patrem, & diligendo patrem, diligis filium, qui ex eo natus eſt. quod ſi non credideris, quia ex patre natus eſt, neq. patrem diligis, neque eum, qui ex eo natus eſt. non autem diligis hoc modo, cũ in patre

negas

negas esse quod patris est, id est generare, & in filio negas esse, quod filij est, id est, nasci. Et audi nunc, quale tibi beatus Iohannes nomen inposuit dicens, Hic est Antichristus, qui negat patrem, & filium. Tu quidem falso christiani tibi cognomen inponis, sed a veridico Iohanne pro sectae tuae merito Antichristus vocitaris. Mentior, si non tu in patris vocabulo intellegis creatorem, si non in filij nomine adseris creaturam. Iohannes patrem & filium nuncupat, & tu in his nominibus creatorem, & creaturam interpretaris. Merito ergo vocaris Antichristus, qui negas patrem & filium sub interpretatione impia. Sed adhuc audi, o quisquis ille es insolens & contumax in filium, & de patris persona gloriaris, & intellege, quia patrem habere non potes, si non confitearis & filium. Idem prosequitur Iohannes, Qui negat filium, neque patrem habet. qui confitetur filium, & filium, & patrem habet. Vides ubique Iohannem ipsa nomina ponere, ut nihil aliud intellegatur, quam quod est in natura nominum. & tamen, si adhuc frons impudentiae tuae potest ictus lapidum sustinere, & si tanta obstinatio duritiae tuae est, ut cum audis patrem, & filium, non tamen uerum patrem, neque uerum filium credas, ecce idem Iohannes, qui est dilectus a Domino uicem reddens dominicae dilectioni, fortiori lapide iam non tantum frontem, sed ipsum caput serpentinum tuae conquassat impietatis, scribens in ultimo epistulae suae, Scimus quia filius

1. Iohan. 2.

1. Iohã. 5.

Dei uenit, & incarnatus eſt propter nos, & paſſus eſt, & reſurgens de mortuis adſumpſit nos, & dedit nobis intellectum bonum, ut cognoſcamus ipſum uerum, & ſimus in ipſo uero filio eius IESV Chriſto. hic eſt Deus uerus, & vita aeterna, & reſurrectio noſtra in ipſo. Explicari non poteſt, quantos aduerſum te ſermonum lapides, & ſaxa congeſsit
Ibidem. ſub uno hoc teſtimonio. Scimus, inquit, quia filius Dei uenit. Habes unam de filio confeſsionem. & paullulum infra poſt ſacramenta incarnationis, & paſsionis eius, & reſurrectionis, quae utique propter nos exercuit, ſubſequitur dicens, & dedit nobis intellectum bonum. ſine dubio quia ipſe dator bonus eſt, dans intellectum bonum. Non impie intellegimus, ſi hunc intellectum bonum dixerimus Spiritum ſanctum eſſe, qui & dicitur ſpiritus intellegentiae, in quo cognoſcimus ipſum uerum. Sine Spiritu enim ſancto non poteſt ueritas cognoſci. habes teſtimonium in euangelio, ubi & Deum ipſum ſanctum Spiritum pollicetur, & de ipſo ait,
Iohan. 15. quod ipſe mihi teſtimonium perhibebit. utique per Apoſtolos, uel per quoslibet filij Dei praedicatores, dans eis intellegentiam, qua ſpiritus intellegentiae uerum cognoſcendi. Vnde & Apoſtolus
1. Cor. 2. Paulus ſcribens ad Corinthios ait, Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt, ut ſciamus, quae a Deo donata ſunt nobis. Dedit ergo intellectum bonum, ideſt Spiritum ſanctum, vt cognoſcamus ipſum verum. Adhuc

huc si non intellegis de tot supra editis dictionibus, vel ex consequentibus animaduerte omnes suspiciones impiae interpretationis exclusas. vt simus, inquit, in ipso vero filio eius IESV Christo. 1. Iohã. 5.
Et adhuc amplius densat piam fidem dicens, Hic est verus Deus. & nondum tacuit, sed cumulat, & exaggerat, vt impius sensus sophisticis confidens argumentationibus obruatur. subsequens enim ait, Et vita aeterna, & resurrectio nostra in ipso. Vbi sunt nunc illa impia vestra sophismata, quae Aristotelis Episcopi vestri magisterio didicistis dicentes, filius est, sed non est verus filius. Deus est, sed non est verus Deus. Ecce vno testimonio tot modis filij verum nomen expressum est, immo quia & uerus Deus est. Quomodo enim non verus Deus, qui uerus est filius. quandoquidem non solum de ueri filii nomine Deus verus probatur, sed etiam per hoc, quod vita aeterna est. Vita enim aeterna non habet initium, neque finem. ergo Deus verus est Christus, non habens initium, neque finem, existens ipse vita aeterna, quae est sine initio, & fine. Sed & cum resurrectio nostra est, potestas in eo verae diuinitatis agnoscitur, cum mortem per uirtutem resurrectionis excludit, exemplo sui, quē adsumpsit, hominis, in quo & de Virgine nasci dignatus est. in quo & nos iam resurreximus, habituri unusquisque nostrum specialem resurrectionem pro merito fidei, ac uitae, siue ad refrigerium, siue ad ustionem. Vide miser, ne adhuc non credas verum esse

 filium,

filium, & incipias habere resurrectionem ad poenam perpetuam gehennae in tenebris exterioribus,
Matth. 8. ubi fletus oculorum est, & stridor dentium. si tamen non adhuc aliquid taetrius manet impios in filium. Satis, vt opinor, licet pauculis testimoniis conprobatum est, quod sit uerus Dei filius, natus de patre, non factus ex nihilo. sed adhuc quaeso, exhibe infatigabilem patientiam, ut hoc ipsum de veteris scripturae vel vno testimonio conprobemus. Dicis haeretice, ex nihilo filium factum, cum hoc nusquam legeris. negas illud, quod scriptum est, quia ex patre natus est. dic mihi, cuius uerba
Psal. 109. sunt, Ex vtero ante luciferum genui te. Si ambigis, respice ad initium psalmi eius, & lege scriptum, Dixit dominus Domino meo, sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Hoc testimonio ipse Saluator vsus est, cum vult se Dominum credi, loquens ad eos, qui illum solum hominem natum ex semine putabant Dauid, non etiam & Deum qua Dei filium. Sed & Paulus Apostolus hoc ipsum credens, quod & olim Spiritus sanctus in Dauid locutus est, & postea ex-
Hebr. 1. posuit, ait in epistula sua, Ad quem autem Angelorum dixit aliquando, sede ad dexteram meam hoc explanans, quia nemo de angelis talis, qualis & filius. omnes enim angeli facti sunt, solus autem filius natus est, cui & dicit, sede ad dexteram meam, quia & solus ipse est vnigenitus filius, qui est in sinu patris. Non autem expositio totius psalmi ne-

cessaria est, sed illud solum probandum fuit, quia dominus pater dicit filio Domino meo, sede ad dexteram meam, vt & illud, quod in sequenti dicitur, non alius quam pater dixisse credatur, id est, Ex vtero ante luciferum genui te. Nonne etiam hoc testimonio verissime probatum est, sepultam vocẽ impiam esse dicentium, quod ex nihilo fecerit Deus filium. Quomodo enim ex nihilo, cum ipse pater clamet, Ex utero ante luciferum genui te. & uide, Psal. 109. ne putes nos intellegere, quod Deus membrorum partiumve compositione consistat. Absit haec impietas. Deus enim, quodcunq. illud est, simplex est, totus idem est secundum substantiam, non pars, & pars, non membrum, & membrum, sed, ut diximus, simplex nescio quid, quod sit integrum, & perfectum, & inaestimabile † tamen & inexplicabile. Li- †forte, tantum cet ergo talis est, vt non membris partibusve subsistat, tamen scriptura diuina cum vult nobis Dei fabricatoris veram intellegentiam commendare, ex his, quae nouimus, loquitur dicens, Opera manuum eius esse caelos, vel vnamquamque creatu- Psal. 102. ram. quia apud homines uere & proprie opus, uel fabrica intellegitur, quod efficitur manibus. deniq. cum uisum est arte aliquid fabricatũ, ad manus refertur artificis. similiter autem inter nos volentes filij designare naturam, uteri facimus mentionem. nemo enim de veris filiis non de utero nascitur. Et Deus ergo uolens ex se natum filium demonstrare, dixit, quod eum ex utero genuerit, ne tu haeretice calum-

calumniareris ex nihilo. Sed ſicut cum Deus manibus feciſſe dicitur, ut Deo dignum intellegendum eſt, ita & cum ex utero genuit, non contra, quam

† tantum Deo dignum eſt, opinemur. Illud † tamẽ certiſsime confitendum eſt, quod uerus eſt conditor in ſignificatione operis manuum, & uerus eſt pater in ſignificatione uteri gignentis; etſi nihil in ſe membrorum habeat. Sed quia ſoletis dicere o Arriani, in Deo id ipſum eſt facere, quod & generare, opportune & hanc veſtram peruerſitatem de praeſenti occaſione conuincam. Multa ſunt nempe opera manuum, ſed vnus eſt vnigenitus filius ventris. non ergo id ipſum eſt facere, quod & generare. & omnia quidem per verbum, & in ſapientia facta ſunt. Verbum autem, ſiue ſapientia, non per aliquem, ſed ex Deo nata ſunt. unde non id ipſum eſt facere, quod & generare. Niſi enim eſſet diſtantia inter facere, & generare, nihil prohibebatur dicere, manus meae generauerunt te, & caeli uentris mei ſunt opera. Sed ſicut dictio multam habet differentiam, ita & res, quas dictio determinat. Ex

Pſal. 109. utero, inquit, ante luciferum genui te. hoc autem dicit pater ad filium, non quod filius ignoraret, ſed vt nos ſcire poſſemus proprietatem patris ad filium, vel filii ad patrem, ideo ita ſcriptum eſt, ſicut & ipſe vnigenitus filius exiſtens ſapientia ait, ante

Prou. 8. omnes autẽ colles genuit me. Vnde & hoc loco ante luciferum genitus eſſe dicitur. In luciferi vocabulo omnis vbi vbi lucidior creatura ſignatur. vnde

de cùm dicitur, ex utero ante luciferum genitus, hoc ſpecialiter docetur, quod vere ex patre ſit natus, & non factus. quod autem ait, ante luciferum, ante omnem creaturam ſignificat, ſecundum quod dictum eſt, Et ipſe eſt ante omnes. Coloſſ. 1.

PERCVTIAMVS & aliam eorum blaſphemiam, per quam, vt ſcribis, dicunt quod non ſit omnipotens filius. & hoc breuiter faciam, ne longius extendens, laborem legenti tribuam. Dicant, quando non eſt omnipotens, per quem, vt ipſi quoque confitentur, omnia facta ſunt. dent vnum opus patris, quod non fecerit & filius, ut probent non eſſe omnipotentem filium. at cum nullum ſit opus, quod non patris exiſtat, & filij, ſine dubio omnipotens eſt filius, faciens quaecumq. facit omnipotens pater. Sufficit ſi hoc ipſum etiam diuinis teſtimoniis adprobemus. Apud Prophetam Zachariam legimus. O, o, fugite a terra Aquilonis, dicit Dominus, quoniam a quattuor uentis caeli colligam uos in Syon. reſaluamini, qui inhabitatis filiam Babylonis, quoniam haec dicit Dominus omnipotens, poſt honorem miſit me ſuper gentes, quae exſpoliauerunt uos. quoniam qui tangit uos, ſicut qui tangit pupillam oculi ipſius. quoniam ecce ego infero manum meam ſuper eos, & erunt ſpolia, qui ſpoliauerunt illos, & ſcietis quia Dominus omnipotens miſit me. Si intendas huic capitulo, inuenies quod filius omnipotens a patre omnipo- Zach. 2.

tente ſit miſſus, ut poſitis in captiuitate ſubueniat. conſidera enim prophetam dicere, Haec dicit dominus omnipotens, & audiamus propheta referente quid dicit dominus omnipotens, poſt honorem, inquit, miſit me ſuper gentes, ſine dubio filius eſt, qui poſt honorem miſſum eſſe ſe dicit ſuper gentes, quem propheta dicit dominum omnipotentem. Hic ergo filius exiſtens dominus omnipotens, ut ſupra dictũ eſt, ab omnipotente miſſus eſt patre. Sed & Apoſtolus Iohan. in Apoc. haec di-
Apoc. 3. cit, Amen teſtis fidelis, initiũ creaturae Dei, qui eſt, & qui erat. Et Salomon inter cetera ait de ſapien-
Sap. 7. tia, quae vtique Chriſtus filius Dei eſt, Splendor eſt enim lucis aeternae, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius, & cum ſit una, omnia poteſt. Quomodo non omnipotens eſt, cum poſſit omnia. Nam & ſupra de eadem ſapientia dixerat, omnem habens uirtutem. ergo omnipotens eſt, omnem habens uirtutem. Sed adhuc
Sap. 7. ipſe Salomon ait, de eadem ſapientia, Et permanens in ſemetipſa, qui uenturus eſt dominus Deus omnipotens, ſed & omnia innouat. Agnoſce omnipotentiam eius, cum omnia innouat. agnoſce interea & quod indemutabilis eſt, cum inſemetipſa permanet, omnia innouans, ideſt, licet omnia innouet, ipſa tamẽ indemutabilis perſeuerat, quod
† forte, deſit, non. niſi Dei omnipotentis † eſt. Sed quia uere indemutabilis eſt filius, & conditor omnium, etiam his
Pſal. 101. pſalmorum uerſibus approbatur, In initio tu domine

mine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli. ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes sicut uestimentum ueterascent, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur. tu autem idem es, & anni tui non deficient. Hoc de filio Dei scriptum interpretatus est Paulus scribens ad Hebraeos. Habes ergo per haec capitula & omnipotētem filium, & indemutabilem, & omnium conditorem, sicut & omnium artificem, dicente Salomone, Omnium enim artifex docuit me sapientia. Sap. 7.
Sed ne duos omnipotentes intellegas, praecauendum est. licet enim & pater sit omnipotens, & filius, tamen unus est omnipotens, sicut & unus est Deus: quia patris, & filij eadem omnipotentia est, sicut & eadem deitas, secundum quod supra pro uiribus, & condicione temporis coartantis expressum est, sed & nunc inferius explanabitur testimonio Esaiae prophetae, Fatigata est Aegyptus, & negotiatio Aethiopū, & Sabam, uiri excelsi ad te transibunt, & tui erunt serui, & post te sequentur adligati uinculis, & adorabūt te, & in te deprecabūtur, quoniam in te est Deus, & non est Deus praeter te. tu enim es Deus, & nesciebamus, Deus Israel Saluator. erubescent, & confundentur omnes, qui aduersantur ei, & ibunt cum confusione. Intende, quia ad filium dicitur, & tui erunt serui, & post te sequentur adligati uinculis, & adorabunt te, & in te deprecabuntur. Ergo & hinc Deus uerus ostenditur filius, cum adoratur. Dei enim est adorari. Esa. 45.

siquidem & alibi docet Apostolus de filio Dei esse
Hebr. 9. scriptum, Et adorent eum omnes angeli Dei. scilicet quia uere Deum, & dominum. Sed in praesenti testimonio Esaiae sicut ipse Deus, sic etiam in
Esa 45. ipso Deus est. ait enim, Quoniam in te Deus est, & non est Deus praeter te. Et cum dixerit in Deo Deum esse, subsequitur, & dicit, Tu enim es Deus, & nesciebamus, Deus Israel Saluator. Ergo cum Deus in Deo est, & non est Deus praeter eum, in quo Deus est, & ipse est Deus Saluator Israel, ostenditur unitas diuinitatis in patre, & filio, sicut & omnipotentiae, & quidquid omnino diuinae substantiae est, hoc solo differens a patre filius, quod ille pater est, & hic filius, id est, quod ille genuit, & hic natus est. non tamen quia natus est, minus habet aliquid, quam quod in Deo patre est, imago
Hebr. 1. Dei inuisibilis existens, & splendor gloriae, & character substantiae eius. Hoc qui de filio Dei non credunt, Esaiae sententiam sustinebunt dicentis,
Esa 45. Erubescent, & confundentur omnes, qui aduersantur ei, & ibunt cum confusione. Sed & Ieremias de
Baruch. 3. filij deitate exprimit dicens, Hic Deus noster est, & non deputabitur alius absq. eo, qui inuenit omnem uiam prudentiae, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto sibi. post haec in terra uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Non utiq. pater Deus, sed filius factus homo in terra visus est, & conuersatus est cum hominibus, naturam in se hominis exercens sine peccato propter nostram salutem.

lutem. de quo & legimus, Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, & uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre. Si ergo uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, natus ex uirgine nobiscum Deus, quo nunc haeretice proficis, Si infirmitates adsumptae carnis obicias, si animae humanae, quam cum carne susceperat, utiles nobis aestus describas, cum constet eum, secundum quod Deus est, & Dei filius, esse per omnia ut patrem inpassibilem. Ideo enim & illa quae sunt deitatis eius praemisimus, ut iam si quid humilitatis, & infirmitatis in Christo legitur, non deitas eius uiolata credatur, sed naturae suscepti hominis, & disciplinae, † quam tradebat, exsecutio probetur. Vanum est enim uoluisse ut hominem nasci, licet ex uirgine † tamen hominem, nec infirmam hominis in se designare naturam. Vanum est praecepta dare, quibus homines uiuerent, & ipsum iam, quia semel homo esse dignatus est, sine praeceptorum obseruatione cucurrisse. Ille si non hominis infirmitatem factus homo exercere uoluisset, quis crederet, quod homo factus fuerat ex originis nostrae matrice, licet sine uiri complexu. quandoquidem hodieque non desunt, qui negent eum nostram gestasse corpulentium, etiam posteaquam infirmitates carnis exercuit. Ille si factus homo non seruasset, quam docere uenerat, disciplinam, non bonum magisterii dedisset exemplum. Quis enim discipulorum seruare conaretur, quod non magister ipse

Iohan. 1

† tantum

 seruasset.

seruasset factus vt homo. cum hodie iam quicumq. seruat ipsius exemplo, releuatur, ut seruet. Vides quia & infirmitates pati debuit, ut homo natus probaretur, & factus homo obseruare, quodcumq. docuisset, ut ceteros inuitaret, magis autem dixerim, ut ceteros subleuaret. iam enim caro nostra didicit in eius carne releuari. Si enim infirmitates
† homo hominis pati noluisset, ut quid & de virgine † homine natus est. & si nolebat obseruare praecepta, quia dominus, ut quid & formam serui acceperat,
† atqui quae praeceptis, & oboedientiae obnoxia est. † atquin totum sacramētum a Deo adsumpti hominis
† forte, desit, ut hoc est, † quod in Adam non est de inoboedientia seruatum, in Christo homine de oboedientia seruaretur. hoc ipsum Apostolus Paulus inter cetera,
Rom. 5. quae diuine tractat, adserit, Sicut enim per inoboedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius oboeditionem iusti constituuntur multi. Sicut enim per vnius hominis contemptum peccatores constituti sunt multi, ita & per sacramentum obauditionis in Christo, quam non ex infirmitate, sed ex bonitate deitatis praestat in salutarem hominis disciplinam, saluantur multi. Videamus nunc & sacramentum passionis. Totus Adam peccauerat, totus Adam expulsus de paradiso fuerat, totum suscipere debuit expulsum, qui totum saluare uenerat. non autem uidebatur totum expulsum in se suscepisse, nisi illum suscepisset per substantiam carnis, & animae. hoc enim

totus

totus homo est per naturam. hoc autem tunc probari potuit, si ipsas infirmitates carnis eius, & animae sustineret, licet sine uitio peccatorum, ut uere non aliam substantiam carnis, & animae suscepisse putaretur. ut cum in se hominem ab infirmitatibus, & passionibus liberat, etiam hos, qui secundum uestigia eius sectantur, liberatos esse crederemus. Sed patrocinetur huic sensui gentium doctor Apostolus uiuacius, & ut mysticus scribens, Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificantur. Sed naturam suscepti in eo hominis melius describat Esaias, Domine quis credidit auditui nostro, & bracchiũ Domini cui reuelatum est. annuntiauimus coram ipso sicut puer, sicut radix inueterata sitienti. non est species ei, neque honor formae. & uidimus eum, & non habebat speciem, neque decorem: sed species eius sine honore, deficiens praeter ceteros homines, homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitatẽ, quia auersa est facies. depretiatus est, nec aestimatus est. hic peccata nostra fert, & pro nobis dolet, & aestimauimus eũ in dolore esse, & in plaga, & in malo. ipse autẽ uulneratus est propter iniquitates nostras, & infirmatus est propter peccata nostra: doctrina pacis nostrae super eũ, plaga eius nos sanati sumus. omnes sicut oues errauimus. homo a uia sua errauit, & dominus tradidit eũ pro peccatis nostris, & ipse, propter quod male tractatus est, nõ aperuit os. Sicut ouis ad occisionẽ adductus est, & sicut agnus

1.Cor.15.

Esa.53.

coram

coram tondente se, sic non aperuit os suum. in humilitate iudicium eius sublatum est. generationem eius quis enarrabit. quia auferetur a terra uita eius, ab iniquitatibus plebis meae adductus est ad mortem, & dabo malos pro sepultura eius, & ipsos diuites pro morte eius. quia iniquitatem non fecit, neque dolum . in ore suo locutus est. Sufficit hoc testimonio probatum, quod omnem in se hominis naturam peregit, sine peccato tamen suo, licet peccata nostra † portaret. Sed ne homo tantummodo crederetur, interposuit, & dixit, Generationem eius quis enarrabit. illam utique qua de Deo patre generatus est, quae sine initio est. & ideo de ea ait, generationem eius quis enarrabit. non quasi ignorabilem, sed quasi inexplicabilem dicens. omnes enim catholici scimus, quia de Deo patre natus est; sed inenarrabiliter. & ideo ait, generationem eius quis enarrabit. Hanc autem generationem, qua de uirgine nascitur secundum carnem, refert euangelium, eius quoque tempora describens. diuinae autem generationis initium, ut diximus, inuestigari non potest, sicut nec diuinitatis, quae illi una cum patre est. & ideo ait, generationem eius quis enarrabit. Si ergo in sacramento fidei hoc accepimus, ut Christum Deum credamus, & hominem, Deum quidem, qua de Deo sine initio natum, hominem autem, qua de uirgine in temporibus natum, non † calumniemus diuinitati eius, cum pro nostra medela quae sunt hominis exsequitur, habens

† forte, qui

† forte, portant.

Esa. 53.

† forte, calumniemur diuinitaté.

bens in se acceptā hominis naturam. quia nec homo negandus est, cum propriae diuinitatis naturalem exserit potestatem accepta in se forma seruili. Si ergo & orat patrem, & si nihil a se facere se Iohan. 5
dicit, nisi quod patrem uiderit facientem, ut nihil nunc aliud dicam, certe humanae extollentiae modum, qua magister, inponit, vt tanto magis discat homo Deo deferre, quanto detulit & uerus filius, qui causam subiectionis propriam non habebat. qui & formam orandi dederat, ut non tam fieri nostram uoluntatem rogaremus, sed uoluntatem patris, qui in caelis est. Et ideo quod docuerat ut impleret, ait, Non ueni meam uoluntatem facere, sed Iohan. 6.
uoluntatem eius qui me misit. Sed & quod minor factus est, quod crescit, quod proficit, quod esurit, quod sitit, quod laborat, quod flet, quod dolet, quod tristis est, postremo quod moritur, ad naturam adsumpti hominis referendum est, quam pro nostrae sacramento salutis mystice exercuit, sub illa intellegentia, qua supra in testimonio Esaiae relatum est. Sub hoc fidei sacramento non solum illa capitula soluuntur, de quibus interrogare dignata es, sed & omnes quaestiones, quas contra filii diuinitatem coaptant impij haeretici.

ACCIPE nunc & has quaestiones, quas ex diuersa parte proposueras fortiores, specialiter absolutas. Dicunt, inquis, haeretici ad depretiandam filij perpetuam, & perfectam in omnibus deitatem,

Iohan. 14. tatem, Pater maior me est. Sed requirendum est, quando hoc filius dixit. nonne quando impletum Psal. 8. est in eo, quod scriptum est; Minorasti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum. Quomodo minoratus est, exponat Apostolus Paulus Hebr. 2. tertij caeli conscius, Paulo minus, inquit, ab angelis minoratum uidemus IESVM propter passionem mortis, gloria & honore coronatum, ut gratia Dei mortem gustaret pro omnibus. Pro omnibus ait, non pro se. ergo qui pro omnibus gustauit mortem, quid mirum si pro omnibus & minoratus est, pro omnibus autem gustauit mortem, non pro se: eo quod pro omnibus in peccati reatu positis ipse homo factus nullo proprio peccato tenebatur obnoxius. Et uide quomodo hoc ipsum, quod minoratus est propter passionem mortis, & quod gratia Dei pro omnibus gustauit mortem, ad decorem operis interpretatur sapientissimus Paulus ita subsequens, Decebat enim eum propter quē Hebr. 2. omnia, & per quem omnia, multis filiis in gloriam adductis, ducem salutis eorum per passiones consummare. Vides quam pulchrum, quamue decorum nostrae salutis sacramentum in eo, quod filius est, minoratus ostenditur: quomodo ergo ad obfuscandam diuinitatem eius inproperas, quod exsequitur ad decorem: Pater maior me est, hoc tunc dixit, posteaquam uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et uide, ne demutabilem credas, quasi desierit esse uerbum, posteaquam caro factum

ctum est, sed manens semper uerbum Deus, & caro quoque factum est. Etsi enim dixit, Et uerbum caro factum est, presius loqui uoluit, ne quis in eo non ueram carnem crederet. Siquidem & post tam pressam locutionem non desunt, qui dicunt, carnem illum habuisse putatiuam. Vt autem manifestum sit uerbum carnem factum, non demutatione diuinae substantiae, sed susceptione carnis humanae, intende, quid sequitur, Et habitauit in nobis. Iohan. 1.
Non ergo interceptum est uerbum demutatione, quod per carnem adsumptam habitauit in nobis. habitatio enim probat perseuerantiam uerbi. Hoc ideo interposui, ne quis filium Dei demutabilem credat, cum legit, Et uerbum caro factum est. dicit ergo filius, Pater maior me est, postea quam uerbum caro factum est, & suscepit officium ministrantis. Venit enim non ministrari, sed ministrare. Matth. 20.
Pater maior me est. Quid ais deitas. quomodo dicis patrem te esse maiorem. certe una tibi, & patri imago est secundum Moysen, eademque forma secundum Apostolum Paulum, qui me etiam docuit, quod sis splendor gloriae, & character substantiae eius. Sed & tu ipse docuisti dicens, Qui me uidit, uidit patrem, & ego in patre, & pater in me. Hebr. 1. Iohan. 14.
&, Ego, & pater unum sumus. Sed & quaecumque facit pater, facis & tu similiter. tua enim uerba sunt, Quaecumque enim ille facit, haec & filius similiter facit. & sicut pater suscitat mortuos, & uiuificat, sic & filius, quos uult, uiuificat, & ut ho- Ioan. 5.

norificent filium, ſicut honorificant patrem. cum ergo eadem tibi imago eſt, eadem forma, eademque ſubſtantia, eadem naturae unitas, eadem poteſtas, eadem libertas uoluntatis, idem honor, & omnia omnino quae patris ſunt, tua ſunt, quia & quae tua ſunt, patris ſunt, quomodo dicis, pater maior me eſt, cum in omnibus, quae ſunt deitatis, talis es, qualis & pater. loquatur apoſtolus Paulus, in quo Chriſtus loquebatur, ſecundum quod
2.Cor.13. ipſe ait, an experimentum quaeritis, qui in me loquitur, Chriſti. Quid dicit Apoſtolus, qui cum
Philip.2. in forma Dei eſſet conſtitutus, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe aequalem Deo. Ergo ſecundum hoc, quod in forma Dei eſt, & quod aequalis eſt Deo, non eſt maior pater. & quomodo maior eſt pater, ſubſequentia demonſtrant, Sed ſemetipſum, inquit, exinaniuit, formam ſerui accipiens. Vide, ne & hic interceptionem diuinitatis intellegas, cum audis, ſemetipſum exinaniuit. intende enim ad hoc, quod ſequitur, formam ſerui accipiens. Manere ergo in ſuo ſtatu oſtenditur, qui formam ſerui dicitur accepiſſe. Sed quamuis maneat, & perſeueret in eo ſtatus diuinus, tamen ſemetipſum exinaniuit; ſcilicet per occultationem diuinitatis, formam ſerui accipiens in ſimilitudine hominum factus; & habitu inuentus ut homo, humiliauit ſe ipſum factus oboediens uſq; ad mortem, mortem autem crucis. Iam talis ſi dicat, Qui miſit me pater, mandatum mihi dedit, quid dicam,

& quid loquar. &, Descendi de caelo, nō ut faciam Iohan.6.
uoluntatem meam, sed uoluntatem eius, qui me misit, ostendit; quod semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. humiliauit se ipsum factus oboediens usq. ad mortem. & tamen quae est in his diminutio eius diuinitatis, si ad amputandam in hominibus arrogantiam ipse non sibi arrogans loqueretur. Mentior, si non hoc ipsum testimonium ideo posuit Apostolus Paulus, ut ad humilitatem Saluatoris exemplo singulos prouocaret. Hoc ita inuenies, si eandem epistulam, quam scribit ad Philippenses, intentius legeris. Sed & haeretici nolunt ob sacramentū exinaniti Dei per acceptionem formae seruilis esse dictum, Pater maior me est. dicamus & nos patrem maiorem de solo sacramento generationis. & hunc enim pium sensum nonnulli catholici prosecuti sunt dicentes, patrem & filium eiusdem substantiae, & ideo secundum substantiam alterum altero nō esse maiorem. Qualis enim pater est Deus, talis & Deus filius est. nihil enim minus ex se genuit, quam ipse est. perfectus enim existens perfectum genuit. & si ergo, qua Deus, Deo aequalis est filius, tamen, qua filius, minor dicitur patre, idest, quia filius de patre sit, & plenitudo existens plenitudinem genuit. pater autem genuit filium, & ideo non dixit, Deus maior me est, sed, pater maior me est.

INTER cetera haereticorum, ut scilicet Dei filius factura credatur, etiam hoc ex persona diuersae partis posuistis, quod legimus in actibus Apostolorum beato Petro dicere, Certissime itaq. sciat omnis domus Israel, quia, & dominum illum, & Christum Deus fecit hunc IESVM, quem uos crucifixistis. Sed huius quoque quaestionis absolutio manifesta est secundum superiorem expositionem, in qua diximus, filium Dei etiam filium hominis factum, Qui etsi pati non potest, quia filius Dei est uerbum, & sapientia Dei existens, quia secundum hoc semper inpassibilis perseuerat, sicut & pater eius, tamen per hoc quod homo factus est, natus de MARIA uirgine, passibilis est. quippe qui. & mortem sustinuit, & mortem crucis, manens in se semper, quia Deus inuiolabilis, etiam cum uersatur in homine, & crucifigitur. Hunc ergo IESVM, qui est secundum carnem, dominum illum & Christum fecit Deus. Nam secundum hoc, quod est unigenitus filius Dei, qui est uerbum, & sapientia Dei, non est aliqua factura, neque expectans promotiones, quippe existens in omnibus Deus perfectus, sicut & pater eius. Hic autem IESVS, secundum carnem Christus factus est, quando primum forma illa seruilis, quam acceperat de Adae peccato, liberata est. Adam enim de dominio in seruitutem recidit ex commissione peccati. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est †, Saluator autem reuocauit multo firmius, immo & incorruptibilius in adsumpto

Act. 2.

Iohan. 8.

† forte deest, peccati.

sumpto homine dominium, cum in eo ipsum peccatum, quod per Adam fuerat causa abiectae seruitutis, absterſit. Sed factus est iterum uere Dominus, cum in illum populi credētes se eius dominio subdiderunt. Prouocatus enim per hortamenta sacrae scripturae dicentis, Seruite Domino in timore, unusquisq. iam cognoscens in Christo salutare dominium ait, Nonne Deo subdita est anima mea. Huius seruū fieri summi decoris est, & quasi quaedam supraeminens mundo nobilitas. Ideo & Apostolus gloriam suam scribit, Paulus seruus IESV Christi. Vides quomodo sit factus Dominus, quando illum, & is qui persecutus fuerat, suum dominū pro summa sibi gloria confitetur. Factus est autem IESVS secundum carnem non solum Dominus, sed & Christus. In Christi autem nomine, regis, sacerdotisque sacramenta uersantur. legimus in ueteri scriptura Sacerdotes, & Reges apud Israelitas olei unctione consignatos, atque ideo Christi uocabātur. Christus enim quod graece dicitur, hoc apud latinos unctus, siue linitus est interpretatus. Sed Saluator noster uere Christus secundum carnē factus est, existens uerus Rex, uerus & Sacerdos. utrumque idem ipse, ne quid in Saluatore minus haberetur. Audi itaque ipsum regem factum cum dicit, Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Audi quod etiam sacerdos sit de patris testimonio dicentis, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Psal. 2. Psal. 61. Rom. 1. 4. Reg. 9. Psal. 2. Psal. 109.

ſedech. Aaron primus in lege ex unctione chriſmatis factus eſt ſacerdos, & non dixit, ſecundum Aaron, ne & Saluatoris ſacerdotium ſucceſſione haberi poſſe crederetur. Illud enim ſacerdotium, quod fuit in Aaron, ſucceſsione conſtabat, ſacerdotium uero Saluatoris non in alterum ſucceſſione trãsfertur, eo quod ipſe ſacerdos iugiter perſeueret, ſecundum quod ſcriptum eſt, Tu es ſacerdos in aeternum ſecundũ ordinem Melchiſedech. Eſt ergo Saluator ſecundum carnem, & Rex, & ſacerdos, ſed non corporaliter unctus, ſed ſpiritualiter. Illi enim apud Iſraelitas reges, & ſacerdotes, olei unctione corporaliter uncti Reges erant, & ſacerdotes, non utrumq. unus, ſed ſinguli † quoq. eorum aut Rex erat, aut ſacerdos. ſoli enim Chriſto perfectio in omnibus & plenitudo † debetur, qui & legem uenerat adimplere. Sed licet non utrumque ſinguli eorum eſſent, tamen regali, aut ſacerdotali oleo uncti corporaliter Chriſti uocabantur. Saluator autem, qui uere Chriſtus eſt, Spiritu ſancto unctus eſt, ut adimpleretur quod de eo ſcriptum eſt, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo letitiae prae cõſortibus tuis. In hoc enim pluſquam conſortes iſtius nominis unctus eſt, cum eſt unctus oleo letitiae, quo non aliud ſignificatur, quam Spiritus ſanctus. Hoc uerum eſſe, ab ipſo Saluatore cognoſcimus. Nam cum accepiſſet librum Eſaiae, & legiſſet, ſpiritus Domini ſuper me, propter quod unxit me, adimpletam tunc dixit prophetiam in auribus

† forte, quique

† forte, debebatur.

Pſal. 44.

Luc. 4

bus auditorum. Sed & Petrus princeps Apostolorum illud chrisma, unde Saluator Christus ostenditur, docuit esse Spiritum sanctum, id ipsum & uirtutem Dei, quando in actibus Apostolorum ad fidelissimum, & misericordem Cornelium, qui erat tunc centurio, loquebatur. Nam inter cetera ait, incipiens a Galilaea post baptismũ, quod praedicauit Iohannes, IESVM a Nazaret, quem unxit Deus Spiritu sancto, & uirtute, hic circuiuit faciens uirtutes, atque omnes liberans obsessos a Diabolo. Vides, quia & Petrus dixit hunc IESVM secundum carnem unctum esse Spiritu sancto, & uirtute. Vnde & uere ipse IESVS secundum carnem factus est Christus. qui unctione sancti spiritus & rex factus est. & sacerdos in aeternum. Haec autem ideo prosecutus sum, ut liquido appareat IESVM filium Dei non secundum quod est uerbum, & sapientia Dei, crucifixum, uel factum esse Dominũ, & Christum, sed secundũ hoc, quod adsumpsit de MARIA. quamuis per adsumpti hominis passionem, & unigenitum filium Dei passum esse dicamus, non quia uere ipse unigenitus filius, qua est uerbum, & sapientia Dei, passus est, sed quia quicquid in adsumptum hominem eius iniuriae, uel passionis illatum est, id totum ad ipsum unigenitum inpassibilem Deum quadam ratione reuocatur. Vnde & Apostolus Paulus scribens ad Corinthios ait, Si enim cognouissent, scilicet Principes huius saeculi, numquã Dominum maiestatis crucifixissent. Si ista manife-

Act. 10.

1. Cor. 2.

ſta ſunt, apparet iam, quomodo dictum ſit, Certiſſi-
Act. 2. me itaque ſciat omnis Iſrael, quia & Dominum il-
lum, & Chriſtum Deus fecit, hunc ſcilicet IESVM,
quem uos crucifixiſtis, quem & idem Petrus ſupra
Act. 2. uirum nominauit Dicens, Viri Iſraelitae audite uer
ba haec, Ieſum Nazarenum uirum a Deo probatũ
in uobis uirtutibus, & prodigiis, & ſignis, hunc ſci-
licet IESVM Chriſtum, quem & Paulus hominem
1. Tim. 2. dixit ſcribens ad Timotheũ, Vnus Dominus, unus
& mediator Dei, & hominum homo IESVS Chri-
Iohan. 8. ſtus. Qui & dicebat in euangelio, Nunc autẽ quae-
ritis me occidere hominem, qui ueritatem uobis
locutus ſum. Non pro impio Fotino haec loqui-
mur, qui nudum uult eſſe hominem ſine Dei uerbi
incarnatione, ſed contra Arrium Antichriſtum re-
citamus, qui uult ipſum unigenitum filium, qui eſt
uerbum, & ſapientia Dei, qua Deum, & non qua
hominem crucifixum, & ipſum eſſe factum Domi-
num, & Chriſtum. Sed etſi duriſsima obſtinatione
contendunt dicentes de ipſo Deo uerbo ſcriptum
eſſe, quod Deus illum fecerit & Dominum, & Chri
ſtũ, nec ſic pertimeſcimus fiducia ueritatis, ne forte
per hoc, quod ſcriptũ eſt, uerbũ Dei factura creda-
tur. Fac enim uerbum Dei factum eſſe dominũ, &
Chriſtum, quid hoc praeiudicat eius ſubſtantiae,
qua ſemper eſt uerbum Dei. Intende enim quia non
ſubſtantiam uerbi Dei dixit eſſe factam, ſed hoc ip-
ſum uerbum, quod ſemper eſt filius Dei, factum
eſſe dominum, & Chriſtum. Non enim id ipſum
eſt,

est, hoc quod omnino non erat, fieri, & id quod erat, aliquid fieri. Nam & Deus fit aliquotiēs adiutor, & protector, non tamen quia factus est adiutor, & protector, iam etiam hoc quod Deus est, factus esse credendus est. Nam & Moyses posteaquā diuinum sensit auxilium, & protectionem, de Deo, qui contra Pharaonem & adiuuerat, & protexerat, dixit, Adiutor, & protector factus est mihi in salutem, & multa simillima testimonia inuenies, quae ego, ne multum adhuc prolongē, praetereo. Si ergo cum Deus sit adiutor, & protector, non hoc, quod Deus est, fieri creditur, sed hoc ipsum quod adiutor, & protector esse dignatur, quid est quod cum uerbum Dei factum esse Dominum, & Christum dicant, putemus Dei uerbi substantiam factam. Numquid quia legimus, Et uerbum caro factum est, ideo ipsum quoque uerbum factum esse credendum est. Sed manifestissime expressum est, non tam uerbum esse factum quod erat in principio apud Deum, sed ipsum uerbum, quod semper erat, postea factum esse carnem, ut factura non tam in uerbo sit, quam in hoc, quod caro factum est. Ita ergo & cum dicitur uerbum Dei factum esse Dominum, & Christum, non eam substantiam uerbi Dei factam esse intellegendum est, sed quia Dominus, & Christus factum est hoc ipsum uerbū, quod semper Deus erat: fit autem Dominus eorum, qui se eidem mancipant proposito seruiendi. Et da mihi ueniam beatissime Matthaee, si dixero, quod nō-

Psal. 117. & Eccl. 51.

Iohan. 1.

dum tibi Christus Deus erat Dominus, quando adhuc Teloneo seruiebas. Sed & Apostolis uniuersis tunc primum Dominus factus est, quando derelictis omnibus eidem seruire maluerunt. Ipsarum quoque gentium tunc Dominus factus est, quando Idolorum uana superstitione derelicta, ipsae gentes se eius dominio tradiderunt. Inquantum enim quis peccati seruus est, uel mammonae, intantum Dei seruus esse non potest. Cum ergo peccato, & mammonae quis abrenuntiauerit, faciens iustitiam, habendique cupiditatem respuens, tunc IESVS Dominus eius efficitur. Eadem quoq. ratione eum etiam Christum fieri intellegitur, siquidem, ut supra dictum est, Reges, & Sacerdotes, Christi uocabulo taxabantur. Factus est ergo Saluator Rex eorum, qui regno mortis ulterius non tenentur adstricti, in quorum mortali corpore cessauit regnare peccatum, posteaquam † per diuina magisteria didicerunt docentibus Apostolis: Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore. Sed & cum fungitur pro nobis Sacerdotis officio, Christus uerissime factus est, maxime defensor, & aduocatus pro nobis semper adsistens, interpellans quoque patrem, qua solus purissimus sacerdos, ut expiata labe delinquentiae, diuina eius propitiatione seruemur. Per haec ergo, quod IESVS factus est Christus, & Dominus, non tam substantiae eius diuinae aliquid confertur, quam prospectum est, quibus regni eius & Sacerdotij, ac Dominij potestas

† forte abundat, per

Rom. 6.

stas

ſtas uelut munus ſalutare collatum eſt. Non uidetur abſurdum, ſi illud ſimiliter intellegas, quod ait, Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſupra Sion montem ſanctum eius. etſi enim conſtitutus rex dicitur, tamen cum addidit, ſupra Sion montem ſanctum eius, oſtenditur, quod non de illo regno eius dicat, quod habuit etiam antequam conſtitueretur Rex ſupra Sion montem ſanctum eius. Rex enim eſt ante omnia aeua aeuorum continens poteſtate ſua omnem, quam condidit, creaturam. Vnde & omnipotens adprobatur, quod poſsit omnia continere quae facta ſunt. Pſal. 2.

TANGAMVS & illam in ultimo quaeſtionem, quam inter ceteras addidiſti. Dominus, inquit, creauit me initium uiarum ſuarum in opera ſua. Dicit haereticus, Vides creaturam eſſe ſapientiam, quae utique interprete Paulo Apoſtolo Chriſtus eſt. Ergo Chriſtus, inquit, qui eſt ſapientia, non eſt uerus filius, ſed creatura factus, & adoptione exiſtens filius. hoc uenenum Arrianorum eſt. Sed o quam caeca impietas ad id uidere, quod pium eſt. Iam ſemel quia, ut ſcriptum eſt, Oderunt ſapientiam, & uerbum Domini non adſumpſerunt, nihil in illa ſincerißimi decoris aſpiciunt, ſicut & lippientibus oculis nulla eſt uiſio ueritatis, quandoquidem aliter eorum renuntiat aſpectus, quam in fide rerum eſt. ſed & cui ſaporem proprium redundans ſui fellis amaritudo uitiauit, ſi dulcia mel- Prou. 8. Baruch. 3.

la deguſtet, ut amaram dulcedinem mellis infa-
mat, non recognoſcens malum propriae amaritu-
dinis. Sed o miſer haeretice, quid potes ueri lumi-
nis uidere, cum caecutias, uel ambules in uiis te-
nebrarum, omnia quae ſunt impietatis excogitans.
Clamet licet uir ille ſpiritualis ſuauiſsimo experi-
Pſal. 33. mento diuinae epulationis inuitans, Guſtate, & ui-
dete quam ſuauis eſt Dominus. ſed tibi, ſi guſtaue-
ris, nihil ſuaue ſentitur in Domino, eo quod, ſicut
Pſal. 13. ſcriptum eſt, uenenum aſpidum ſub labiis tuis eſt,
eo quod os tuum maledictione & amaritudinē ple
num eſt. Denique cum infinita & ipſe Salomon de
Dei ſapientia praedicauerit, & ita diuine de ea fue-
rit proſecutus, ut non aliud in illa crederetur, quam
quod in natura Dei eſt, in illis omnibus haereticus
caecutiens hoc ſolum uidere ſe credidit, per quod
probaret eam eſſe creaturam. Sed ſcriptum eſt, in-
quit, Dominus creauit me initium uiarum ſuarum
in opera ſua. ſed nos non ibimus longius, neque de
aliis libris Salomonis, quae ſunt pro ſempiterna
Dei ſapientia, proferemus. ſufficit nunc, ſi de hoc
ipſo loco, unde teſtimonium protulit, pars diuerſa
Prou. 8. ſuperetur. Ais haeretice ſcriptum, Dominus crea-
uit me initium uiarum ſuarum in opera ſua. ſed in-
Ibidem. tende, quia haec ipſa ſapiētia nihilominus ait, An-
te omnes autem colles genuit me. quomodo ergo
haec ipſa ſapientia in eodem loco, & creatam ſe
eſſe dicit, & genitam. & prius eſt, ut uideamus,
quid primum ſit. utrum quod genita eſt, an quod
creata

creata eſt. ſed licet primum dixerit, Dominus Creauit me initium uiarum ſuarum in opera ſua, tamen, ne ſe creaturam putares, recurrit ad illud, quod prius eſt, in ſequenti dicens, Ante omnes autem colles genuit me. Vide enim ne putes poſtea genitam, quia primum praemiſerit ſe creatam. Etſi enim in ordine ſermonum primum poſitum eſt, quod creata eſt, deinde autem quod genita, tamen ſenſus hoc indicat, quod primum eſt genita, quam creata, ut ſit ſenſus ita ſapientiae dicentis, Dominus creauit me initium uiarum ſuarum in opera ſua. Sed ne quis me putet per hoc eſſe creaturam, aut tunc primum eſſe coepiſſe, quando me creauit initium uiarum ſuarum in opera ſua, ſubſequor, & dico, ante omnes autem colles genuit me, ut ſcias prius me genitam, quam creatam. Cum enim dicit, Ante omnes autem colles genuit me, fecit illud eſſe poſtea quod creata eſt, ut praecedat, & ſit anterius illud, quod genita eſt. Si ergo ſic creata eſt, ut ante fuerit genita, ſenſus impietatis excluſus eſt, qua eam dixerat creatam, ut tunc primum ſubſtitiſſe ſapientia crederetur, quando & rettulit ſe creatam a Domino initium uiarum ſuarum in opera ſua. Ecce enim ſenſus manifeſtat, etiam antequam crearetur, ſapientiam ſubſtitiſſe, quippe quae prius eſt genita, quam creata. Sed magis commendabitur hic ſenſus catholicus, ſi & ipſa uerba, prout nobis poſsibile eſt, diſcutiantur, quibus uel genitam ſe referat ſapien-

tia,

tia, uel creatam, Dominus, inquit, creauit me initium uiarum suarum in opera sua. Intende, quia cum dixerit, Dominus creauit me,non tacuit, ne uere creatura putaretur, sed prosequitur explanans quid sit creata, & ob quam causam sit creata. Ait enim, creauit me initium uiarum suarum.& cũ sequitur, in opera sua, palam est, quod ostendit & causas cur creata sit initium uiarum Domini. Non ergo sapientia, quasi quae non esset, creata est ad hoc, ut esset, sed cum semper substantialiter fuerit, tunc creata est secundum dispensationem initium uiarum Domini,& in opera Domini creata est.Initium ergo uiarum domini creata est, & in opera domini creata est sapientia. non tamen, quia substantialiter ante non erat, ideo creata est sapientia. At uero cum dicit se ante omnes colles genitam; non propter aliquam rem dicit se esse genitam; sed existens semper patris sempiterna progenies, ob quasdam causas creatam se dicit initium uiarum Domini,idest,in opera Domini. Ergo & ex hoc manifestum est, non esse creaturam sapientiam, quae in aliud creata est, idest, in opera domini,cum ipsa sit genita, non in opera, sed de patre, ut diximus existens sempiterna progenies. Sed & hoc intendendum est, quod aliud est dicere creari sapientiã, & aliud est dicere,quod sit creatura.Quamuis enim legatur creata esse sapientia, nusquam tamen legitur quod sit creatura. Non enim omne quod creatum est, iam creatura dicendum est, licet omnis

creatura

creatura creata ſit, ſicut nec omne quod factum eſt, iam factura adſeuerãda eſt, licet omnis factura facta ſit. Si uidetur obſcurum, exemplo dilucidabo. Legimus quendam gratulari, ac dicere ad Deum, Ego autem cantabo uirtutem tuam, exaltabo mane miſericordiam tuam, quia factus es ſuſceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meae. Ecce Deus factus eſt ſuſceptor, & refugium, non tamen Deus factura eſt. & hoc eſt, quod dixi, Non omne quod factum eſt iam factura dicendum eſt. Deus enim non exiſtens factura, qui ſemper eſt, factus eſt ſuſceptor, & refugium in die tribulationis homini, ut quod factus eſt ſuſceptor & refugium in die tribulationis homini, uideatur contuliſſe, quod factus eſt, non tamen quia ſuſceptor, & refugium homini factus eſt, etiam Deus quoque factura eſſe credendus eſt, cuius diuina ſubſtantia ſempiterna eſt. Similiter & ſapientia ſi creata dicatur, non tamen creatura eſt, quae ſemper eſt, ſed cum exiſtat ſemper, creatur ad aliquid, ut proſit, non ut creatura dicatur quaſi facta, quae non fuit. Erat enim inſeparabilis a Deo Dei ſapientia, & haec ipſa exiſtens Dei ſempiterna progenies, creata eſt initium uiarum Domini. Sed adhuc apertius ediſſeram. Certe ſapientia Dei ipſa eſt, quae & uerbum eſſe ſcribitur, ut in ſuperioribus oſtenſum eſt. & numquid quia de uerbo Dei ſcriptum eſt, Et uerbum caro factum eſt, iam & uerbum facturam adſeueramus, quaſi tunc primum eſſe coeperit, cum

Pſal. 58.

cum caro factum eſt. Sed bene, quia apertiſsime demonſtratum eſt per uerbum omnia facta, & in ultimis temporibus hoc ipſum uerbum carnem factum. Non ergo factura eſt uerbum Dei, licet factum caro eſſe dicatur, ita & ſapientia licet dicatur creata eſſe initium uiarum, & in opera, non tamen creatura eſt, quam conſtat ante omnem eſſe creaturam, quandoquidem omnia in ſapientia facta ſint. Addo & hoc, quia non omne quod creari dicitur, quaſi fiat in ſubſtantia, intellegendum eſt. Denique quidam uir uidens cor ſuum quibuſdam ſordibus infectum precem fundit ad Dominum di-
Pſal. 50. cens, Cor mundum crea in me Deus. non utique cordis ſubſtantiam in ſe fieri precabatur, ſed ut hoc ipſum cor in eo exiſtens, quod ei erat ſordidum, creari mundum. non omne quod creari dicitur, iam ſtatim & ſecundum ſubſtantiam fieri, intellegendum eſt. quandoquidem cor quod erat, id ipſum, ut mundum crearetur a Domino, precabatur. Ergo & ſapientia cum creata dicitur, non tum ſubſtantia eius, quaſi quae non erat, facta eſt, ſed ipſa exiſtens, ut ſaepius dictũ eſt, creata eſt initium uiarum in opera eius. Ergo quod creata eſt ſapientia, ad myſterium, uel rerum creandarum, uel humanae diſpenſationis intellege. quam cum Dei ſapientia dignanter adſumit, creata dicitur. Quod uero ſe genitam dicit, ut nihil in illa minus diuinitatis agnoſcas, quam habet ille, qui genuit. Valde enim impium eſt credere, quod aliquando Deus ſine ſua

fuerit

fuerit ſapientia. Vnde & quia uere genita eſt a Deo ſapientia, idem exiſtens ſecundum ſubſtantiam quod eſt genitor, ſapientia autem ipſa Chriſtus eſt, ergo Chriſtus qui eſt ſapientia, non eſt adoptione filius, ſed uerus filius, exiſtens Dei progenies, & non factura.

VNIVERSAS, quas de patre & filio ſcripſeras quaeſtiones, prout Dei gratia praeſtitit, arbitror abſolutas, ſi tamen hoc apud te uerum eſt, tua religioſa prudentia iudicabit. quamuis fatear & coartatione temporis, & rei feſtinatione, & ipſo arido anguſti mei ſermonis eloquio ſummas earũ me potius tetigiſſe, quam plenitudinem proſecutum, quia non vt librum, ſicut praedixi, ſcribere coeperam, ſed ut quaſi cuiuſdam adbreuiationis de fide quaedam taxatio ſignaretur, ne ad hoc me de tua mira beniuolentia prouocatum infidelem crederes, ſi tacerem. Sed nunc de Sancto ſpiritu, etſi breuiter, confitendum eſt. ne ſi non aliquid de eo ſpecialiter dixerimus, credamur ſimiliter blaſphemare, ſicuti & illi, qui dicunt illum eſſe creaturam. Horum tamen miramur inſaniam, quod impie ſentiant de eo, quem Sanctum ſpiritum confitentur. ſi enim Spiritus ſanctus eſt, quomodo creatura eſt. non enim ſic ſanctus eſt, ut ceteri, qui ad ſancti uocabulum fide, & Deo placita conuerſatione, atque ipſius Sancti ſpiritus ſignatione uenerunt, ſed ipſe naturaliter ſemper ſanctus eſt ita, ut alios

ſanctificet, non tamen ut ipſe, quaſi ut qui ante non habuerit, extrinſecus acceperit ſanctitatem. hoc nomen ſancti ita poſsidet Spiritus, ut poſsidet pater, & filius. poſsidet autem, non ipſe aut pater exiſtens, aut filius, ſed Spiritus Dei. Si autem ſpiritus Dei dicitur, non ut angelus Dei, neque ut homo Dei, quorum natura a diuina ſubſtantia inaeſtimabiliter diſcreta eſt, ſed ſic eſt Spiritus Dei, ut ſit eiuſdem ſubſtantiae cum patre, & filio. quia & una ſanctitas eſt patris, & filij, & Spiritus ſancti. quandoquidem idem Spiritus ſanctus uſque adeo uere, & naturaliter ſanctus eſt, ut hoc ei naturaliter, & uerum ſit uocabulum. Intende enim ad uerba Sal-
Matth. 28. uatoris dicentis, Euntes ergo nunc, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & Spiritus ſancti. Sicut enim uerum uocabulum eſt patris, & uerum uocabulum filij eſt, ita uerum eſt uocabulum Spiritus ſancti. Et quomodo uerum uocabulum patris dicatur, ſcire poterimus, ſi animaduertamus, quomodo uerus Deus dicatur. Multi dicuntur Dij, ſed non ſunt uere Dij. & taceo nunc de Satana, ac daemoniis, eorumq. ſimilibus, qui uſurpatione impia Dij uocantur. dicti ſunt quidem & homines Dij ſecundum hoc teſtimoniũ,
Pſal. 81. Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes: ſed quam non uere ſint Dij, ſubſequentia manifeſtant, quae ita ſe habent, Vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut unus de principibus cadetis. Si ergo ubi

ubi

ubi quilibet ſancti Dij uocantur, hoc illis pie, & cum iuſtitia uiuentibus ex Dei gratia prouenit; maxime cum in eis Spiritus ſanctus inhabitet, de quo quidem uocabulo excidunt, ſi non ambulare in uiis Domini perſeuerent, nemo ergo de creaturis uerus eſt Deus, quia nemo naturaliter Deus eſt. Solus autem Deus naturaliter uerus Deus eſt, hoc ipſum exiſtens ſine initio, & fine. Per hanc nunc ueri Dei intellegentiam intellegamus & uerum uocabulum patris. Apud homines exinde pater quis dicitur, ex quo genuit filium. ſed licet ex ſe genuerit filium, tamen non proprie uerus eſt pater, cui acceſsit hoc uocabulum, & hoc ipſum a Deo praeſtitum. qui quidem & tam diu pater dicitur, quamdiu eius uiuit filius. Sicut enim nato ex ſe filio uocabulum patris adeptus eſt, ita & morte filii uocabulum patris amittit. Deus autem ſolus proprie uerus eſt pater, qui ſine initio, & fine pater eſt. Non enim aliquando coepit eſſe, quod pater eſt, ſed ſemper pater eſt, ſemper habens filium ex ſe genitũ, ſicut & ſemper uerus eſt Deus ſine initio, & fine perſeuerans. Ergo ſicut uocabulum ueri Dei ſolus obtinet, qui ſine initio, & fine ſolus pater uocatur, ita intellegamus & uerum uocabulum filij Dei. Apud homines enim qui filius eſt, coepit eſſe quod filius eſt, & morte patris amittit hoc uocabulum. frequenter autem, & de filij uocabulo tranſit in uocabulum patris, cum genuerit filium,

non est ergo proprium, & uerum uocabulum filij in creatura, qui & esse coepit filius, & potest hoc uocabulum non habere uel patris occasu, uel cum idem ipse transfertur in uocabulum patris, etiam antequam condicio mortis obueniat. Solus autem filius Dei uerus est filius, existens hoc sine initio, sine fine, semper habens patrem, & numquam ipse, ut est unigenitus, generans accipit uocabulum patris. Vnde & proprium, & uerum uocabulum filij in solo filio Dei est habens hoc naturaliter, sicut & naturaliter uerus Deus est. Si ergo cognouimus quomodo proprium & uerum uocabulum patris est, & quomodo proprium, & uerum uocabulum filij est, sequitur ut intellegamus ita, quomodo proprium, & uerum uocabulum est Spiritus sancti. scilicet cum hoc ipsum est naturaliter Spiritus sanctus sine initio, sine fine. numquam enim ex aequa nominis auctoritate cum patris, & filij ueris uocabulis Sancti spiritus uocabulum iungeretur, si non & Sancti spiritus proprium, uerumq. uocabulum probaretur. Si ergo hoc ei proprium, & uerum, & naturaliter sine initio, & fine uocabulum est, non est igitur creatura Spiritus sanctus, qui ita propriū & uerū uocabulum Sancti spiritus habet, sicut nulla potest habere creatura. Sed & cum praecipit Dominus, ut gentes in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti baptizentur, apertissimum est, Spiritum sanctum non esse creaturam, uel ex ipsa societate, quae illi una cum patre, & filio est, uel quod numquam

praeci-

praeciperet Dominus, ut in creaturae nomine aliquis baptizaretur. multum enim diuinae potentiae derogaretur, ſi cū confeſsione diuini nominis par quoque creaturae confeſsio poneretur. Et bene, quod unum nomen poſuit dicens, In nomine patris, & filii, & Spiritus ſancti, ut una principalis auctoritas crederetur, indiuiſibilis, & perfectae trinitatis. Quomodo enim Spiritus ſanctus a principali auctoritate diſcretus eſſe credatur, quando de ipſo ſcriptū legimus in quinquageſimo pſalmo, Et Spiritu principali confirma me. Ergo & per hoc oſtenditur, quod una eſt principalitas patris, & filij, & Spiritus ſancti. ſiquidem & in omni condicione patri, & filio conſors inuenitur. Accipe interim uel unum teſtimonium, Verbo domini caeli firmati Pſal. 32.
ſunt, & Spiritu oris eius omnis uirtus eorum. & per hoc ergo oſtenditur Spiritus ſanctus non eſſe creatura. Siquidem & ipſe cum patre, & filio conditor adprobatur. Dicam plene & Deum, & Dominum Spiritum ſanctū doctus a maioribus Eccleſiaſticis uiris, qui & ipſi per teſtimonia ſcripturarum diuinarum prius a uiris apoſtolicis eruditi, ſuis poſteris tradiderunt. Exſequerer & ego ſingula illa quaeq. teſtimonia, niſi apud animam fidelem de his quoq. quae ſupra breuiter intimata ſunt, Sancti ſpiritus diuinitas eluceret, maxime quia & nunc mihi nō tam diſputatio de Spiritu ſancto propoſita eſt, quam ut de diuino eius nomine pia confeſsio ſignaretur. hoc tamen ad conpendium probandae diuinitatis
eius


eius ſubdam, quod etiam per hoc ipſum Deus probatur Spiritus ſanctus, per quod oſtenditur non eſſe creatura. Omne enim quod eſt, aut diuinitas eſt, aut creatura, ſed Spiritus ſanctus hoc ipſum exiſtēs, ſine initio, & fine, non eſt creatura, ergo Spiritus ſanctus res eſt diuinitatis, qua incorruptibilis, & indemutabilis & ſempiternus Spiritus Dei. Vna eſt ergo diuinitas Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ſicut & una ſanctitas eiuſdem perfectae, & inſeparabilis trinitatis. Sed hic finem faciamus. inquantum enim quis intentior ad ſacras ſcripturas de fide loqui uoluerit, in tantum non deerit, quod loquatur. Hoc autem non ambigo, quod ſiquis forte eloquēs haec ipſa legerit, delinquentiam incompti ſermonis inueniet, non tamen, ſi fidelis eſt, piae confeſſionis errorem. quam quidem in nobis ex Dei gratia praeſtitam cupimus uſque ad mortem, auxilio eius, qui praeſtitit uindicare ſine labe communionis haereticorum atque praeuaricatorum. quia & Deo teſte metuimus eorum damnationis participes inueniri. Viderit, ſi quis putat ſe de eorum ſocietate reum non poſſe fieri, habens conſcientiae propriae fiduciam, quia fidem integrā uindicat ita, ut numquā ipſe eius fidei praeuaricator extiterit. tamen ego in cauſa Dei cautius timere conpellor.
Tit. 3. ſiquidem & de ipſis cautum legimus, Haereticum hominem poſt unam correptionem deuita, ſciens quoniam peruerſus eſt huiuſmodi, & peccat, & eſt a ſemetipſo damnatus. Sed & de poena praeuari-

catorum

catorum legimus dicente Esaia, Et ueniet omnis caro in conspectu meo adorare in Hierusalem, dicit dominus Deus, & procedent sancti, & uidebunt membra hominum, qui praeuaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt in uisione omni carni. Sed & Apostolus ait, Nolite iugum ducere cum infidelibus. quia & alibi idem Apostolus post descriptionem malorum, Non solum, inquit, qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus ea. Et multa alia sunt testimonia diuina, quibus supradictorum consortium prohibetur. Sed ego haec ipsa licet breuiter intimaui, ne nos de uana superstitione credat aliquis nolle communicare cum talibus, quos perspicit per diuinam sententiam reprobari. Diuinitas te incolumem, ac beatam in fide sui nominis etiam in regno caelorum praestet cum tuis omnibus affectibus inueniri.

Esa. 66.
2. Cor. 6.
Rom. 1.

F I N I S.





Regeſtum.

†A B C D E F G H I K.

Omnes ſunt duerniones.



R O M AE

In Aedib. Populi Romani.

M D L X X V.